qui procedit ab his. Si dicat ꝙ sit alia et
alia hui⁹ potētia. g̃ poneret in deo iā diuer
sitas potētiarū. qō ē icōueniēs. quia ex hoc
sequeret diuersitas essētiarū. Itē quicqd
cōuenit deo scōm cālitatē respectu creat̄e:
cōuenit toti trinitati. ⁊ sic īdiuisa sūt opa
trinitatis. sicut īdiuisa cālitas: sic ⁊ vnum
⁊ īdiuisū ē illud qō debet rōne cālitati. Si
g̃ creatura eo ꝙ crectura dēt dr̄m adorare
uenerari ⁊ amare bonitatē diuinā. g̃ ex pte
cālitatis est debitū adorationis. g̃ adoratio
cōuenit deo rōe scōz cālitatē respectu crea
ture. Si g̃ hec cālitas eaꝺē. g̃ ⁊ vna ⁊ eaꝺē
adoratio. Itē Hylari⁹ in libro de trinitate
bonꝰ geniti ē in bonore gignēti. ⁊ ecōuerso.
quia dem⁹ ꝙ non sit fili⁹ in trinitate iā nō
ē generās. g̃ relatā sūt generās genitum. et
ꝓcedens pari rōne. Sic̄ g̃ circūicedūt se re
latīa ⁊ vnū in alio itelligit. nec vnū ab alio
ꝑ intellectū pōt separi. g̃ silr nō erit separe
bonorē sequētē ad ꝓprietatē qua pater ꝛt
pater. ⁊ ad ꝓprietatem qua filius ꝛt filius
adorat. īmo vnus in alio itelligit. g̃ vna est
semp adoratio. siue cōprehendat intellectus
essentiā: seu ꝑsonā. ⁊ maxīe scōm ꝙ vna est
ab alia. quia sic se habēt scōm relationem.

Solo dō. ꝙ sīplr vna ē adoratio triū ꝑso
narū in trinitate. qua adorat pater. filius. et
spiritus sanct⁹. sicut vna est maiestas. Uñ
gen is⁹. habet. ꝙ Abrahā tres uidit ⁊ vnuz
adorauit. Uñ lz sit discretio ⁊ numer⁹ triuz
ꝑsonarū. ē tamē vna adoratio: quia vna est
maiestas vna equalitas in tribus. Et iō dr̄
Jo. 5⁰. ꝙ qui nō honorificat filiū nō honorifi
cat patrē. qui misit illū. ꝑ ℔ ostendēs: ꝙ ho
nor patris ē ex honore filii ⁊ ecōuerso. ⁊ licz
sit ibi discretio ꝓprietatū. tamen ille ꝓprie
tates inuicē sūt ⁊ ad īuicē relate. Uñ dicit
dñs in euāgelio. Jo. 14⁰. Philippe. Qui vidz
me videt ⁊ patrē meum. Ideo qui itelligit
filiū vt filiū. necesse ē ꝙ intelligat patrem.
⁊ sic respiciendo discretionē ꝑsonarū triuz
vnus ⁊ idē honor ⁊ eaꝺē adoratio debetur
toti trinitati. Silr respiciēdo essētiā vn⁹ ⁊
idē honor numero debet ei ⁊ eaꝺē adora⁰.

Ad illud qō ꝑ obr̄. ꝙ si eadez ē adoratio.
Unde g̃ distīguūt tria ꝑcepta ordinantia
ad deū que sūt de adoratiōe. Dicēdū ꝙ illa
distīctio ꝑceptorū nō ē rōe distīctionis tri
nitat⁹: nec adoratiōis eius ō. ꝑ rōe distīctiōis
debitorū: q̄ ꝓmūt rōnali creature. ex rōe
cāli quia. s. a deo creata ē. pendet enī a deo
sicut a suo ꝓncipio. ⁊ pendet ab eo sic̄ a suo
cōseruāte. Itē pēdet ad eū sic̄ ad suū finē
Uñ triplex ē depēdētia ex pte creature. que
dependet ñ ex pte eius a quo dependet. īmo
vna cā ē. ⁊ scōm ℔ est distīctio ꝑceptorum.
⁊ non ē alia ⁊ alia adoratio īillis ꝑceptis: ꝑ
eaꝺē ibi ꝑcipit: tamē debitū triplicꝫ adora
tionis ibi ostēdit. Alit pōt dici ꝛt dicat
ꝙ in ꝓmo ꝑcepto ꝑcipit adorātō. in 2⁰ laus.
in 3⁰ gr̄arū actio. quia ꝓtāti debet adoratō
ad qō ꝓtinet ꝓmū ꝑceptū. Xitati aūt q̄ facit
noticiā debet laus. Scōz aūt mādatū ꝓtinz
ad Xitatē. ⁊ iō dicit. Nō assumes nomē dei
tui in vanū. q. dicat. ꝑ assumes debite ad lau
dē. ipi aūt bonitati ad quā ꝓtinet tertium
mādatū debet gratiarū actio. quia bōitas
ipa diffūdit se ⁊ bōa sua. Et qō obr̄. ℔ sūt
alia ꝑcepta. g̃ alia adoratio. Dō ꝙ adoratō
respicit ipaz diuinā cām: seu ꝓncipiū: que ñ
numerat: ⁊ iō vna ē nō numerata. ⁊ r̄spēus
ille bene notat ꝓ hāc ꝓpōnē ad. ex q̄ ꝛpōit.
ꝑ ꝑceptū respicit debitū: quod quia vt visū
ē numerat. Ideo ⁊ ꝑceptū. adoratio tamen
eaꝺ in illis ꝑcipit. Per ℔ ꝓz solutio ad scōz
rōnez. Ad tertiū ꝙ ille dignitates in īuicē
⁊ vnū sūt: nec ē eas aliquo mō separe etiā ꝓ
itellectū. vñ ē honor in honore ⁊ dignitas

in dignitate.qa iuicē accipit eas ītellectus Proptēa ḡ qa iuicē sūt:⁊ vnū sut.⁊ iō una ē adorandō et cōis que respicit illas. Juxta 3ª nota de opinīōe quorūdā qui dixerunt q ī pceptō p̄ pcipit latria.in scōo pseuerātia latrie.ī 3° pfectio late.Et ꝓ 3ª dist̄iguūt tria pceptā ordinanā ad ōm.qa deuk.5ª.dic̄ glo. de p̄ pcepto qō ydolatriā pbibet.ḡ p oppo pcipit latriā.Silr ī scōo cū dic̄.Nō assumes nomē dei tui iuanum.pcipit pseuerantiam latrie.quia q recedit a cultu assumit nomē dei ī vanū. Jn 3° mādato determīat hora siue dies adoratiōis ⁊ vacatiōis deo. ḡ pcipit ibi pfectō latrie.etiā dic̄ glo.oīa facte faciēdo a strepitu viciorū cessando.ecce pfectio. Juxta 3ª etiā querit cū pbibeat in ꝑmo mādato ne fiāt silitudines ī celo.nec ī terra.nec ī aqua.quare silr non pbibet fieri silitudines in aere ⁊ igne. cum aer ⁊ ignis corpa sīt:⁊ corpa ī eis sunt ⁊ figurari possīt ibi silitudīes. ℞ dō. q nō ē differētia in illis p̄ceptis p pseuerātiā ⁊ pfectionē latrie quia p̄ceptū respicit actū seu debitū actus. Perseuerātia aūt ⁊ pfectō nō dicūt actū: ꝫ statū act°.⁊ iō penes illā nō ē distīctio.īmo penes debita reuerētie vl honoris latrie sic visū ē sup̄. Pōt tamen dici scōm iā dicta.q aliter distinguuntur vt dicatur q ī ꝑmo precepto precipit latria quātū ad adoratiōnē. Jn scōo quātū ad laudē. Jn 3°.quātuz ad ad gratiarū actionē. Et 3ª ē quia primū pceptū respicit rōnē dignitat excellēt respcū cui° dr̄ adorandō. Jn 2° aūt pcipit assumptio nōis dei directa.3ª aūt ē cū laude. Jn 3°.qō ē de requie ī sabbō p̄cipitur sanctificatio seu vacatio deo:⁊ sic gratiarū actō rōe donoz acceptoz a spū sācto. Ad scōm dō q aer et ignis ibi cōprehēdunt sb celo.quia celū vocatur cōis nā sursū cōtinēs alia . Uñ supergeñ.distīguūt a sanctis celi.s.aeriū olīpicū Ita q aer ⁊ ignis ibi vocāt celi.⁊ sic sumit ī psal.cum dr̄.Volucres celi. Jā ꝫo deorsuz dr̄ terra ⁊ aqua.⁊ ita scōm modū sacre scripture cōprehēdunt illa sb celo. ⁊ iō tria nominat in quib° prohibet fieri similitudines in quibus.oīa cōprehēdit.

Consequenter querit de differētia adorationis ⁊ 3ª dupl̄r.absolute et ī compatione.Quātū ad primū sic. Querit vtrum vna adoratiōe vel differēti scōz rē adorat de°.Ad qō sic.psal. Jn ecclesiis benedicite deo domino de fōtibus ysrael .Glo. Deo cui debet latria.domīo cui debetur dulia.Si ḡ dulia ⁊ latria dicūt drīam adorationis fm rem. ḡ differēs ē adoratio vna qua adorat: vt de°.alia qua adorat vt dñs. Jtē psal. Dñe deus meus ī te speraui . Glo. Dñe oīm p potētiā cui debet dulia. De° oīz p cationē cui debet latria.ḡ differēs est eius adoratio scōm rē.vna qua adorat vt de°.alia qua ut dñs. Jtē dulia dr̄ reuerētia que debetur creature.latria dr̄ reuerētia que debet eterno. ℞ quedā dicūt de deo ab eterno.ꝫdā ex tēpore.vt de°.dñs.creator ꝛc.Et debetur ei honor rōe vtriusq . ḡ debet ei latria.rōe eius q de ipso dr̄ ab eterno.⁊ dulia rōe ei° q de ipo dr̄ ex tēpore . quia latria respc̄ qō eternū ē.dulia illud qō tēporale ē ⁊ catum. ḡ differēs honor debet deo . vn° latria.alt dulia. Jtē deus se habet ad creaturas vt de°⁊ vt dñs.⁊ ē separe has rōes p ītellcm. quia īquātū de° creat:ī q° dñs gubernat. Si ḡ cōsequēnē sequit honor differēs reuerētia ei exhibet ī quātū de°⁊ ī quātū dñs. Jtē de° se hz ad creaturā vt creator.⁊ cā. ⁊ quātū ad 3ª videt ipius ad creaturā disp itas ī nā. Jtē se hz vt deus ⁊ sic dispitas in cōditiōe.quia talis ē dñi ad seruū . Si ergo alia ē rō dispitatis n° ⁊ cōditionis . ⁊ 3ª cō prehēdit ⁊ cōprehēsionē sequit honor. ḡ ali° honor ei debet ī quātū creator . vel cā.⁊ in quātū dñs.ḡ vt prius . Jtē Malach.i.Si ego pater.vbi ē honor me°.⁊ si ego dñs.ubi ē timor me° . Ergo vult q alia reuerētia exhibēda sit ei īquātū pr̄:⁊ īquātū dominus.

Ad oppo rōnal creatura dependet a deo quātū ad ee.quia exiit ab ipo et quantū ad pfectionē ee:et quātū ad cōseruationē ee.et rōe istoz dēt creatori suo honorē:qui dicit latria. Si ḡ scōm oēs istas cōditiōes deo debet latria.ḡ deo īqntū ē dñs debet latria. quia de° dr̄ dñs īquātū ad regimē ei° depēdet creatura ⁊ cōseruat et regit p ipsum.ḡ eadē adoratio debet ei ī q° de° et īquātuz dñs et nō differēs. Jtē latria dic̄ debituz īmēsi honoris.qa dicit debitū honoris rōe sūme maiestatis . dulia dic̄ debitū honoris mēsurati. qa rōne alicui° mēsurati et finiti Uñ nulli scō debet sūmus honor. deo autez scōm ōnē modū debet īmensus honor. ḡ sp ei debetur latria. et ita sp vnus honor seu vna differētia honoris . Jtē dulia et latia dicūt differētiā grad°.et dulia dic̄ iferiorē

gradū. latria supiorē. deo aūt non debetur gradus aliquis iferior honoris. imo supm⁹. quia nō ē dicē q̄ ī eo sit diminutio honoris ratiōe alicui⁹. q̄ semp ī quātū deus ⁊ dñs: ⁊ creator ⁊ hi⁹ debet ei vna dria honoris q̄ est latria. Item Augustinus in libro de vera religione dicit q̄ vera religione colitur deus vt principium vniuersitatis. et dñs. ⁊ ꝛa religiōe vr̄. p opp⁹ ad ydolatriā. g̃ cum latria sit ille honor: qui opponit ydolatrie. g̃ latria ei debet ī quantū est deus et dominus. et sic quātū ad oīa semp vna adoratiōe adorat. Solō dō. sicut dictum est supra scōm Aug⁹. sup illud Mat. 4°. Dominū deū tuū adorabis ꝛc. Seruit⁹ duob⁹ modis ac diuersa significatione solet appellari. vr̄ enī latria: vr̄ ⁊ dulia. ꝑ dulia ītelligit seruitus coīs. hec est seu deo seu hoī. seu cuilibet rerū nate exhibita. a qua ēt seruit⁹. i. dules grece nomē accipit. Latria aūt appellatur seruitus illa: que sola diuinitatis cultui debita. nec vlli ē participāda creature. vnde ydolate nūcupat. Notādō g̃ q⁹ si dulia pluribus mōis accipiat. vno mō vr̄ coīter ad quēcūq; honorē debitū. vel deo: vel create. ⁊ sic accipit Aug⁹ dulia ī predicta auctoritate. Scōdo mō vr̄ ꝓprie ⁊ sic dulia ē cultus vel honor q̄ exhibet creature. Tertio modo vr̄ dulia antonomastice. ℔ ē dulia dignior: que est iperdulia. Glo. sup psal. Adorate sca bellū pedū eius. Dicēs. Caro xp̄i sic īpietate a ℞bo dei assūpta adorat a nobis. non illa adoratione que latria ē: que soli creatori debet: ꝑ illa dulia que dignior ē. Quarto mō vr̄ dulia scōz analogiā. ⁊ sic vr̄ notē extēso Et sic dulia ē reuerētia debita soli deo. tm̄ rōne illius dignitatis ī cui⁹ pticipatiōe est creatura. ⁊ sic intelligit illud deo cui debetur latria. domino cui debet dulia. Notādō g̃ q⁹ mulriplr exponit illa glo. Primo mō sic deo cui debet latria. i. honor incōmunicabil quēadmodū dei sb̄stātia. ⁊ nā ē īcōmūicabil creature. dño cui debet dulia. i. honor cōi cabilis. Omnium enī cōicat creature eo mō q̄ dicim⁹ q⁹ de⁹ potēs ē ⁊ fac creaturā potētē. Sapiēs ē: ⁊ catura facit sapiētē. bon⁹ ē ⁊ fac creaturā bonā. ita q⁹ participat ei⁹ bōitatē. ⁊ scōm hec debet ei honor: qui descendit ī coīonē. s. rōne dignitatū. in quaruz ꝑticipatione dicim⁹ esse creaturā. ⁊ iste honor nominat notē cōi. qō est dulia ꝓpt cōmuniōez. Ratiōe ℞o dignitatis ī cui⁹ pticipatiōe nō est honor singularis. ⁊ vr̄ latria: ⁊ sic ītellr illō deo cui debet latria. domino cui debet dulia. quia dñs cōnotat affectum creature.

Scōo mō exponit illud sumēdo duliam ꝓprie ⁊ antonomastice. quia ī xp̄o ē natura īcreata. s. deitas ⁊ nā creata. s. humanitas Et quātū ad naturā creatā dñs est. secūdū ℞o naturā īcreatā deus ē: ⁊ creator. qua nā deitas vr̄. ga g̃ latria ꝓprie debet creatori: ⁊ soli. ⁊ dulia ꝓpe creature. iō deo debetur latria. domino dulia. Q⁹ g̃ obr̄. q⁹ differens honor debet deo. dō q⁹ nō: ꝑ differens ē debitum honoris ex parte creature ad deum. ⁊ penes illa duo debita sumit latria ⁊ dulia: ꝑ quātū ad illuz qui honorat idem est et vnus honor nō differens. ⁊ ℔ quia quocūq; mō adoretur domin⁹ vel vt ī se cōsiderat⁹ vel vt causa. vel ut rōe dignitatis ī parrici pabil vl pticipabil. sp ē adorato rōe eiusdē dignitatis. s. maiestatis. vnde sp eadem dignitas. s. maiestas adoratur. ⁊ hec oīa sunt vna dignitas in deo: que adoratur. licz differenter īquātū. sic ⁊ sic ⁊ sic. Ad tertiū q̄ dicit q⁹ quedā dicūt de deo ex tēpore. q̄daz ab eterno dō. q⁹ hec oīa sūt vnū ⁊ vna dignitas in deo. ⁊ iō non faciūt differentiam honoris ex parte dei: ꝑ faciūt differentiā debiti ex parte creature. Ad quartū dō. sil'r q⁹ deus creat. deus regit. ℔ facit differētiaz ex parte creature. quia aliud accipit catura ab eo. quia creat. aliud quia regit. ⁊ iō differens ē debitum. vnus tamē honor rōe horū. quia vna dignitas. honor aūt numerat⁹ per dignitatem cui exhibetur. Et per hoc patet responsio ad cuncta.

Consequenter querit de differētia adoratiōis diuine in cōpatione. quātum ad equalitatem. an. s. equali adoratione adoret deus inquātum deus ⁊ inquātū domin⁹ et hi⁹. Ad qō sic. Dyonisi⁹ in libro de diuinis nominib⁹ loquens de dominio dei dicit. q⁹ domi⁹ ē oīm bonorū plenissima pfectio: et īmutabilis firmitas. Ergo dominū dictat honorē in īfinitū dño exhibendū. g̃ equali honore adoratur inquātū deus ⁊ dñs. Itē dominus dicit de deo ex tempore: ꝑ ex actu tēporali nō acrescit deo honor: nec minorat g̃ equalis honor ei debet īquātū de⁹ ⁊ dñs ⁊ nō minor nec maior. Item creatio ē cōmendatio potētie infinite: quia dicit exituz de nō ce ī ee: Sed potentie īfinite deberur

honor infinitus. g̃ rõne creationis debetur honor ĩfinit⁹. g̃ rõe dominii. qa ex q̃ creator ⁊ domin⁹. Itẽ ī b̃ q̃ ẽ dñs ītelligit ⁊ deus. cũ dicit de deo. g̃ nõ minor honor ꝑ equalis debet domino ⁊ deo. Ad opp⁽ᵐ⁾. Potẽtia ī deo ẽ ĩfinita. actus aũt finitus. honor autez debet deo rõe act⁹ ⁊ rõe potentie. Si ergo act⁹ finitus sicut creatura. g̃ ⁊ honor rõne ipsius debit⁹ finit⁹ ẽ. ⁊ si potentia ĩfinita. g̃ honor rõne potẽtie ĩfinitus. g̃ nõ equalis honor debet deo rõne actus ⁊ potentie sue

Itẽ bonitas diuĩa ẽ ĩfinita. tñ beneficia eius ī creatura sunt finita. ⁊ rõne vtriusq; debet honor. ⁊ ex vno dulia. s. ex bñficentia ex alio latria. g̃ inequalitas honoris. Itẽ eẽ diuinũ cõsideraf vt in se. consideratur vt ī creatura. unde scõz b̃ dic̃ Termegistus q̃ deus ẽ spa ītelligibilis. cui⁹ cẽtrũ est vbiq; circũferẽtia nusq̃. diuinũ eẽ cõsideratum ī se dr̃ circũferẽtia que nusq̃ ẽ. quia ĩfinita ⁊ nullo mõ habet finẽ. In quãtũ ꝛ̃o opaf ad creaturã dr̃ centrũ methaforice. que est g̃ cõpatio centri ad circũferẽtiã. eadẽ est diuini esse ad semetipm consideratũ. sic ⁊ sic. Sed cõpatio centri ad circũferẽtiaz est sic̃ finiti ad ĩfinitũ. g̃ diuinũ eẽ vt in se cõsideratuz ẽ ĩfinitũ. cõsideratũ ꝛ̃o ī creatura finitum. g̃ si rõne vtriusq; debet ei honor. debetur ei honor finitus: ⁊ ĩfinitus ⁊ ita inequalis.

Solo dõ. q̃ equalis honor ꝑ deo debetur ex pte dignitatis. quia ꝑ eadẽ est dignitas rõne cui⁹ adoraf. nõ tamẽ ꝑ equale ẽ debitũ. quia iuxta sententiam euangelii. zꝯ. Ma thei. Cui plus cõmittit plus debef. vñ vni dedit domin⁹ duo talenta. alii quiq;. ⁊ plus debebat cui conmiserat quiq;: q̃ cui vnum erat cõmissũ. ⁊ sic ex pte cõmissi seu accepti nõ ẽ equale debitũ: tamẽ equalis honor. qa honor respõdet dignitati: ⁊ eadẽ dignitas ẽ qua accipio hic ⁊ illud. Ad pma rõnez ī cõtrariũ dõ. q̃ sicut ī sole duplex est actio. s. actio qua agit: ⁊ actio quã efficit. ⁊ pma dr̃ lucẽ. scda illuminare. sic in deo est actio qua agit deus. ⁊ b̃ idẽ q̃ sua essentia. ⁊ est actio quã efficit in creatura. Actio g̃ q̃ agit ẽ ĩfinita ⁊ ĩmutabilis: sicut sua essẽtia. Licz actio quã effic̃ sit finita. quia creature sunt finite. honor ãt semp impedit ratione act⁹. quo agit. ⁊ ideo honor ĩfinit⁹ debef ei rõne act⁹ ⁊ rõne potẽtie. Ad scõm dõ q̃ licet beneficia dei finita sint. tamẽ dãf a bõitate ĩfinita. vñ beneficiũ minimũ q̃ dat deus daf ex infinita bonitate. Debitũ aũt honoris rõne beneficii cõsequit illud ex quanto datur. sicut ꝑ in Luc̃. xxi. De vetula que nõ posuit ī gazophilaciũ nisi duo minuta. ⁊ tñ habuit maiorẽ remunerationem. q̃ qui plus posuerũt. quia ex maiori affectu dedit. ⁊ sic ẽ hic. ⁊ ideo honor ĩfinit⁹ debef rõe bñficii dei. quia ex infinita bonitate daf. Ad ȝ⁽ᵐ⁾ dõ ꝼz Dyo. Duplex ẽ cognitio de deo. vna ẽ mõ ĩfinito p ꝓuaricationẽ aliarũ ĉaturarũ. vnde psal. Posuit tenebras latibulũ suum: ⁊ est cognitio de deo p positionẽ mõ finito. sicut cognitio de deo. q̃ ẽ potẽs ⁊ q̃ ẽ bon⁹ ⁊ q̃ sapiens ⁊ q̃ vbiq;. ⁊ q̃ cã ẽ et q̃ hi⁹. ꝺ tñ b̃ oĩa vnũ ⁊ ĩfinita sũt. Dõ g̃ q̃ diuĩa ſ̃a scõm q̃ causa ẽ finiẽs ẽ. ꝺ ñ finita. quia finit creaturã. quia ẽ cã contẽtiua eius ⁊ cõ seruãs. Uñ deus ẽ alpha ⁊ o. i. pincipiuz et finis: ꝺ nõ finit ab ea. vñ ꝓut cõpaf causa ꝓma ad creaturã nõ finit ꝑ eam. ꝺ finit ea Et iõ semp ẽ dignitas ĩfinita rõne cui⁹ debef honor ⁊ iõ ei ĩfinitus honor. Dicitur aũt esse vt cẽtrũ ꝓut cõsideraf ī creatura: ñ quia finiaf in ea. sed quia vt ī Anthonio ⁊ vt minima apparet eẽ bonitas diuĩa cõsiderata in creatura respectu eius quod in ipso consideratur.

Post hec queritur

de adoratione x̃pi. Et querif vtrũ eadem adoratione adorẽt x̃ps. scõm diuinitatez ⁊ hũanitatẽ. Ad qõ sic. x̃ps ẽ deus et homo. Sz rõe qua ẽ deus dignus ẽ honore debito creatori. In quãtũ ꝛ̃o ẽ hõ: dign⁹ est honore debito creature. Ergo cuz adoratio debita creatori sit latria. ⁊ debita creature sit dulia. x̃ps adorandus ẽ dulia: ⁊ latria. ꝺ be adorationes differunt. g̃ differenti adoratione adorand⁹ ẽ x̃ps. Ad opp⁽ᵐ⁾. Jero. Nõ seor sũ ꝛ̃bũ x̃pi adorãdũ ẽ. seor sũ dicit ab hũanitate. g̃ vna adoratiõe adoraf ī quãtũ de⁹ ⁊ īquãtũ hõ. Scõo iuxta b̃ q̃rit. an debeaf maior veneratio filio dei ĩcarnato. q̃ ante ĩcarnationẽ. b̃ enĩ uidef p plm. Quia plra bona sunt pauciorib⁹ bonis magis eligẽda. g̃ plura venerabilia pancioribꝰ sunt magis veneranda. Ergo cũ plura uenerabilia sint in filio incarnato. s. diuinitas. humanitas ⁊ ꝑsona q̃ ī nõ ĩcarnato. Relinquit q̃ ampliꝰ veneratio debef ĩcarnato. Solutio dõ q̃ in x̃po ẽ dignitas ꝑsone. ⁊ diuersitas nãrũ. quia ꝑsona ẽ in duabus naturis. respiciẽdo

g̃ dignitatẽ pſõe ſic vna debeꝫ xp̃o adoratõ quia ipſe ẽ vna pſona: ⁊ vna ẽ dignitas rõe cuius fit adoratio. ſ. vna dignitas pſonalis ⁊ h̃ adoratio ẽ latria. ⁊ h̃ ẽ qđ dic̃ Io. dam⁹ 3°. ſententiarũ. ix. di. Timeo carbonẽ tangẽ ꝑpter ligno copulatũ ignẽ. Adoro xp̃i nãm ꝑpt̃ dei mei ſim̃l vtrinq; ꝑpt̃ carni vnitam deitatẽ. Nõ enĩ quartã appono pſonã ĩ trinitate: ſ cõfiteor pſonã vnam ℞bi ⁊ carnis eius. bis ℞bis ĩſinuare uidet̃ xp̃i bũanitatẽ cũ ℞bo una adoratiõe eẽ adorãdã. attẽdẽdo vnitatẽ pſone. Reſpiciẽdo aũt diuerſitatẽ naturarũ eſt differens adoratio. quia ibi eſt natura diuina que adoranda ẽ latria. ibi ẽt ẽ bũanitas ex qua parte diſtinguẽdũ eſt. qa ipſa bũanitas cõſiderari ſcõz ſe põt. ĩ quãtũ ẽ quedã creatura: tã ſancta tam pulcra. vel put ẽ diuinitati cõiũcta. Et ſi cõſideretur ſcõz ſe. nõ q; ei debeꝫ adoratio: que ẽ dulia digniõr. ⁊ fm h̃ ſup illud. Adorate ſcabellũ pedũ eius. dic̃ glo. Caro xp̃i ſiue ĩ pietate a ℞bo dei aſſũpta adoraꝫ a nobis. nõ illa dico adoratiõe que latria ẽ que ſoli creatori debetur: ſ illa que dulia digniõr ẽ. Si aũt conſideraꝫ put ẽ diguitati vnita ſcõm h̃ fuerũt circa h̃ opiniões. quia quidã dixerunt q; debeꝫ ei dulia h̃ mõ. ſ digniſſima. Alii autem dixerunt q; debeꝫ ei laeria ſcõm Aug⁹. qui ſup illud. Nõ turbeꝫ cor veſtrũ ⁊c. ita dicit ego dñicam carnẽ: imo pfectã in xp̃o bũanitatẽ ideo adoro q; a diuinitate ſuſcepta: et deitati vnita ẽ. vt nõ aliũ ⁊ aliũ: ſ vnũ eundemq; deũ ⁊ hoĩem filiũ dei eẽ confiteor. Deniq; ſi hoĩz ſepaueris a deo: illi nũquã credo vel ſeruio ⁊ loquit̃ de adoratiõe que eſt latria. Ad qđ ĩtelligẽdũ. notandũ eſt q; latria dr̃ triplr. vno mõ dr̃ ꝑprie. ſ. cult⁹ qui debeꝫ deo ſoli: ſeu ĩtelligaꝫ quãtuz ad dignitatẽ ĩ cui⁹ pticipatiõe nõ ẽ creatura. vel ĩ cui⁹ ẽ participatiõe. Scõo mõ dr̃ lata ſtricte: cũ. ſ. aſtrigit̃ vocabulũ ad ſeruitutẽ: que debeꝫ creatori rõe dignitatis: in cuius pticipatione nõ ẽ creatura. ⁊ ſic nõ accipit̃ latria ĩ glo. illa. Deo cui debeꝫ latria. dño cui debeꝫ dulia. In participatiõe enĩ iſtius dignitatis: que deſignaꝫ h̃ noĩe de⁹ ſcõz q; accipit̃ nãlr ⁊ etiã dignitat̃ que deſignaꝫ hoc noĩe creator nõ eſt creatura. Tertio mõ dicit̃ large. nõ ſolũ ſeruit⁹ que debeꝫ digni tari diuine: ſ etiã creature vnite ipſi. in quo ſenſu dicit Raban⁹. Caro xp̃i latria adoranda eſt ſicut ℞bus. ſ nõ oĩ ſpẽ latrie. qm̃ non adoram⁹ eã oĩo pſtrati ĩ terra. ſic vt ẽdem⁹ q; nox creauit de nichilo vt ſacrificamus ei ſicut deo: ſ adoramus eã. quoniã ꝑ ipſam re dẽpti ſum⁹. ⁊ ſic dr̃ latria noĩe extẽſo. ⁊ ſic reſpiciẽdo vnitatẽ pſone vna eſt adoratio. reſpiciẽdo diuerſitatẽ naturarũ differens ẽ adoratio. diuĩa enĩ nã ſemp adoraꝫ latria h̃ũana ĩ ſe cõſiderata ſp dulia. quia ſãctũ ſanctoz. Conſiderata ℞o vt diuinitati vnita adoranda ẽ latria extẽſo noĩe latrie. Ad ſcõm qđ querit̃ dõ. q; maior veneratio põt dici duplr quãtitatiue. quia. ſ. in pluribus ẽ veneratio. vel qualitatiue eo q; maiori ĩtẽ ſiõe. veneratio ſcõm ꝑmũ modũ poteſt dici xp̃o ĩcarnato deberi maior veneratio. quia in plurib⁹ debet venerari. Scõo mõ non debeꝫ ei maior veneratio. quia illud quod debetur ueneratiõis hũanitati magis debe tur ipſi diuinitati. quia ipſi⁹ bũanitatis cã effectiua totaliter ẽ. ⁊ ideo illud qđ obicit̃ q; plura bona ſunt magis eligenda paucio ribus: ĩtelligẽdum ẽ ſcõm ꝑm quãdo non ſũt altera ĩ alteris. ⁊ h̃ ẽ ĩ ꝓpoſito. rõ enim venerationis c̃ature. ſ. bũanitati aſſumpte magis eſt in ipſa diuinitate q; ĩ bũanitate.

c Conſequens eſt querẽ de adoratione creature ⁊ h̃ ordine. Primo de adoratione creature rõnal̃ angelice. 2°. de adoratione creature rõnalis bũane. 3°. de adoratiõe creature irrõnalis. Quãtuz ad ꝑmũ. querunt̃ tria. an maior vel equalis veneratio debetur ſanctis angelis poſt ĩcarnationẽ xp̃i vel ante. An ſit̃ ageli adorandi aliquo mõ latria. Uñ angel⁹ ſathane cũ tranſfigurat ſe in angelũ lucis, dicens ſe eſſe xp̃m poſſit ſine peccato adorari. latria.

Quantũ ad primum

obicit̃ ſic. Ante ĩcarnationẽ xp̃i angeli adorabãt̃ ab hoĩbus ⁊ nõ ꝓhibebãt̃ ſe adorari. ſed poſt ĩcarnationẽ nõ ꝑmittũt̃ ſe adorari ab hoĩe. imo ꝓhibent Uñ ĩ apoca. 22°. dicit Io. Cecidi vt adorarẽ ante pedes angeli: q dixit mihi uide ne feceris. cõſeruus enĩ tu⁹ ſum ⁊ fratrũ tuorũ. ſ ſi debeꝫ ei equalis ho noz q ante debebaꝫ. Conſtat q; nõ ꝓhiberet ſicut nec ante. g̃ non tantus honor debetur angelis poſt ĩcarnationẽ: quãtus ante. Itẽ Grego. Poſt ĩcarnationẽ quia videt̃ hũanã naturã ſup ſe exaltatã: nõ ꝑmittũt̃ ſe adorari ab hoĩbus ⁊ prius permittebant. ergo ⁊c

Itē ad oppō. Ita sunt beati angeli post
ĩcarnationē sic ante. vñ nō ē eorū gloria di
minuta vl beatitudo ex ĩcarnatiōe. ꝺ poti⁹
aucta. Si g̃ nō ē subtracta dignitas beatitu
dinis ex ĩcarnatione. g̃ nec veneratio dimi
nuta. Juxta ꝺ queritᵉ. vñ fuit ꝺ q̃ āgel⁹
phibuit se adorari a Jo. cū ita esset dignus
sicut fuerat ãte ĩcarnationē. Si dicat q̃ ꝺ
fuit ex humilitate. tūc videt q̃ ãte ĩcarna
tionē debuisset se phibuisse ab hoīe adora
ri. quia tunc fuisset maior eius humilitas si
pus se humiliasset hoī q̃ mō. quia ñ erat hō
ita dign⁹ sicut mō. g̃ nō fec̄ ppter ꝺ. ex quo
videt q̃ vellet āgel⁹ ĩnuē q̃ nō tāt⁹ debet
ei honor post ĩcarnationē quāt⁹ ante. Solo
dō. q̃ quātū ē ex pte ipoꝝ āgelorū equalis
honor debet eis post ĩcarnationē et ante. ⁊
ex pte hoīs etiā maius ē debitū honoris vl
veneratiōis āgeloꝝ post ĩcarnationē q̃ ãte
quia plura fecerūt pro hoīe. fuerūt enī mini
stri. ĩcarnatiōis ⁊ miraculorū sic de Gabrie
le legit. q̃ ānūtiauit Marie. q̃ de illa nasce
retur dei filius. Ad illud aūt qō dr̃ q̃ si
equalis honor deberet eis. quare g̃ phibēt
hi⁹ adorationē. dō q̃ aliquid pōt prohiberi
dupl̃r. vel quia malū ē seu occasio mali. vel
phibet ppter aliquā vtilitatē scōm qō dic̄
Aug⁹ sup gen̄. vbi loquit de āgelis venien
tib⁹ ad Abrahā. duplici de cā aliqs arcēd⁹
ē a bono. vel ppter mai⁹ bonū aggrediēdū
vt dñs revocauit illū qui volebat sepelire
patrē suū. Mat. 8°. vel ppter facilē declina
tionē ĩ malū. ⁊ scōm ꝺ dō. q̃ phibuit āgel⁹
Jo. ne ipm adorāret. quia istud erat occasio
mali. q̃a sb̄ p̄textu dulie poterat occasiona
liter ĩtroduci vt c̃ature ipēderet latria. qō
ēet maximū malū. sicut aul⁹ phibet ome
dere ĩ ydolio. quia pōt ee occasio mali. vel ĩ
se vel ĩ alio. s. venerationis ydoli. p̄ᵃ. cor. 8°.
Alia rō fuit quare phibuit. s. ppter prouoca
tionē ad maius bonū. quia p ꝺ volebat ostē
dere q̃ maxīe exaltata ē hūana natura post
ĩcarnationē. ⁊ q̃ magna ē gloria dei in hūa
na natura. ⁊ illud dēt valde hoīes ad maxi
mū bonū puocare.

Secundo queritur

Utrū angel⁹ licite poterit adorari latria.
qō videt p tex. gen̄. 18°. vbi dr̃ q̃ Abraham
adorauit angelos: ⁊ adoratiōe que debetur
trinitati. g̃ latria. Itē Josue 5°. Josue ado
rauit āgelū qui dixit. Ego sū p̄nceps exer
citus dñi. Ergo ipe adorauit āgelū latria.
Ex his videt q̃ angel⁹ possit adorari latria
Solo. dō quēadmodō dic̄ Aug⁹ de fruitiōe.
sola imutabili bonitate ē fruēdū simpl̃r. rō
nali ꝛo creatura que nobiscū pōt pticipare
sūmā bonitatē ē fruēdū scōz quid ⁊ ñ simpl̃r

Itē fruēdū est deo nō in se scōm q̃ dicit
aplus ad Philemonē. Ego te frater fruar ĩ
domīo. Irrōnali ꝛo creatura: que non pōt
nobiscū pticipare sūmā bonitatē ñ ē fruēō
nec simpl̃r nec scōm qd. eo modo dō. tñ nō
poīa. q̃ latria simpl̃r debet deo. Latria vero
scōm quid debet hūane nāe in deo. ꝺ ē nō de
se: ꝺ rōe diuinitatis cui ē vnita. Latria vero
nec simpl̃r nec scōm quid debet creature pu
re quia latria ē seruit⁹ debita creatori. Ad
illud g̃ qō primo obr̃ de Abrahā. is°. gen̄. q̃
videt angelos adorasse latria. ē resp̄sio in
glo. q̃ Abrahā ītelligēs diuinitatē ĩ vnitate
adorabat. ⁊ vispēsationi angelice in forma
visibili ministrabat. Ex ꝺ igit apparet: q̃
duo ītelligebat Abrahā ĩ apparitiōe illoꝝ
virorū. Intelligebat enī creaturā angelicā
ĩ forma hūana. ītelligebat ēt trinitatem. iō
⁊ duplex actus sequebat ĩ Abraham scilicꝫ
adoratio: que cōsequebat ītellectū trinitati
⁊ misteriū qō cōsequebat ad ītellectum nāe
āgelice apparētis ĩ hūana nā. Ex quo patet
q̃ adoratio latrie ĩ Abrahā nō exhibebatur
angelo. Ad illud qō querit de Josue dō.
q̃ Josue apparebat ĩ angelo ipm deū ĩ cui⁹
persona apparebat āgelus ⁊ illū adorabat.
Uñ dicit sup illū locū Adamāci⁹. Adorauit
nō solū quia ex deo ē. ꝺ quia deⁱ ē. nō enim
adorasset nisi deū cognouisset. Quis enī ē
p̄ceps milicie nisi xp̃s. Ex quo relinquit q̃
ītelligebat ĩ angelo xp̃m. cū dixit ĩ Josue 5°
Ego sum p̄nceps exercitus domini. ⁊ sic p̄z
solutio hi⁹ questionis.

Tertio queritur de

angelo sathane cū transfigurat se ĩ angelū
lucis sicut habet 2ª cor. 11. Et dic̄ se eē xp̃m
Utrū possit adorari latria sine peccato. qō
videt. qa ignorantia facti adhibita diligē
tia excusat: quanuis ignorantia iuris non
excuset. g̃ cū iste ignoret qō factū ē ⁊ adhi
beat debitā diligētiā. Relinquit q̃ ñ pecāt
adorando dyabolū sic xp̃m. Itē si aliquis
credēs hostiā cōsecratā a sacdote celebrāte
que nō eēt cōsecrata adoraret eā sic corpus
xp̄i. ppter ignorātiā facti excusaret. g̃ silr

adorās dyabolū vice xp̄i ī p̄dicto casu ppt̄ ignorātiam facti excusabit. Solo dō q̄ sathanas trāsfigurat⁹ apparēs ī spē xp̄i nō ē adorādus pro xp̄o: simplicit: nec credendus ee xp̄s. sed sb̄ cōditiōe. Ūū si adorāret eum simplr peccaret. nec ignorātia excusaret eū ⁊ assignat hi⁹ triplex rō. Prima ē ga glibz ē p̄munit⁹ per sacrā scripturam q̄ angelus tenebrarū transfigurat se ī angelū lucis z⁹ cor. xi. ⁊ Mat. 24. Multi veniēt ī noīe meo ẍ. Et iō tenēt discutē ⁊ nō statim adorare

Scōa rō ē quia hz remediū orationis. ga si oraret deuz toto corde vt reuelaretur ei veritas. deus nō p̄mitteret eū decipi. In hō. n. casu itelligitur illud. Jo. 15⁹. Quicquid petieris patri ī noīe meo dabit vobis. In noīe meo. s. q̄ ē Ihs qđ īterpretat salus. hoc est quicqd petieris ad salutē scōm q̄ exponit beat⁹ Aug⁹. Patet g̃ ex hō q̄ qui nō orat nō adhibet oēz diligētiā quā dēt. Tertia rō ē. quia facillime posset vitare piculum apponēdo. s. conditionē. hoc mō adoro te si tu es xp̄s. Ad illō qđ obr̄ de hostia nō cōsecrata dō. q̄ dēt adorari sb̄ conditione. s. si forma debita obseruata sit. ⁊ hō conditione tacita vel expressa.

Post quā habitū

p est de adoratione angeli. Queritur de adoratione hoīs. qa dicit aplus. Honora inuicē p̄uenientes. Ro. 12⁹. Primo vtrū hō adorandus sit latria. Scōo vtrū omnes hoīes equalr sint adorandi. Tertio modo utrū mali sint adorandi. Quarto quomō sancti viri sūt adorandi. Quīto. vtrum malus prelatus plus sit adorandus q̄z bon⁹ subditus.

Quantū ad primum

sic obr̄ dicit. Jo dam⁹. q̄ honor qui exhibet ymagini refert ad illū cui⁹ ē ymago. vnde dicit magnus Basilius. Honor ymagīs ad pthotypū p̄uenit. i. ad exēplar. Est enī pthotypō. p⁹ forma seu forma exēplaris ad quaz facta ē ymago. cuz g̃ hō sit expressissīa ymago dei poterat in hoīe adorari deus latria ⁊ ita p cōsequēs hō pōt adorari latria. Juxt̄ hō querit de beata v̄gine. Nā dicit Jo. dam⁹ q̄ honor qui ei⁹ ē ad eū qui de ea ē īcarnat⁹ refert. g̃ ipa pōt adorari latria. Solo ad p⁹ dō. q̄ hō nō pōt adorari latria. tñ pōt eē materia adoratiōis latrie ī quātū ē ymago ducens ad deū cui⁹ ē ymago. ⁊ iō adoratio dulie debet ei scōm q̄ dicit Jo. dam⁹. in 4⁹ li. A principio de⁹ hoīez scōz ppriā ymagīez fecit. cui⁹ igit gratia nos adiuicē adoram⁹: nisi q̄ scōm ymaginē dei facti sum⁹. vt enī ait magn⁹ ī diuinis Basili⁹. Honor ymagīs ad pthotypō p̄uenit. i. exemplar. pthotypō aūt ē illud qđ ymago repsentat. Ad scōz qđ querit de beata virgine dō. q̄ q̃uis honor qui eius ē ad eū: qui ex ea est īcarnatus reducat nō sequit ppter hō q̄ honor ille sit latria: ſ sequit q̄ honor ille refert ad xp̄m. Honor tamē ille qui beate virgini debetur ē cuiusdā p̄rogatīe. s. dulie singularis. ⁊ q̃si īmediate disponēs ad latriā. ñ tamē ē latria. cum enī adoro matrē dei: in quātū hi⁹. non adoro vt cāz mei cōditricē. ⁊ ideo ñ adoro vt latria. quia āt adoro vt matrē dī. honoro vt matrē catoris. ⁊ hō ppt̄ ip̄m creatorē. Uñ rō honoris ē ip̄e honor creatoris. ip̄e tamen honor exhibet creature. Ex quo relinquit q̄ ille honor ē dulia p̄rogatīe singularis disponens ad latriam ⁊ cui⁹ rō latria est.

Consequenter querī

tur. Utrū oēs hoīes equalr sint adorandi. Ad quod sic dam⁹ ī 4⁹. li. A principio deus hoīez scōm ppriā ymaginē fecit. cui⁹ igitur gratia nos adiuicē adoramus. nisi q̄ scōm dei ymaginē facti sum⁹. Ex quo obr̄. q̄ si oēs homines equalr ad ymaginē dei facti sunt Ergo oēs hoīes equalr adorādi sūt. Conē adoratio ē debitū rōne dignitatis excellēt̄ g̃ si est dignitas aliqua excellens in vno respectu alterius nō equaliter debet eis adoratio. vel si dicas q̄ īmo quia nō adoratur nisi rōne eius: q̄ sūt ad ymaginē tūc sequet ex hō q̄ vnus nō debet aliū adorare. ga vn⁹ equalr ē altreri quātū ad ymaginē. Itē plat⁹ rōne n⁹ nō dēt adorare sbditū. equalr est ei quātū ad naturā. silr habet dignitatē excellētem respcū illius. g̃ non dēt ip̄m adorare rōe dignitatis. īmo poti⁹ ecōuerso. g̃ ñ eq̄lr debet oībus adorato. Solo dō. q̄ omnib⁹ exhibēdus ē honor pro statu ⁊ tēpore quia oēs ad ymaginē dī facti sūt vt dīc Dam⁹. ⁊ hō ē rō cōis. quare honor oīb⁹ dēt exhiberi loco ⁊ tēpore. Sed notandō q̄ in ymagine que ē hō itelligitur qđ ē p naturā. itelligit etiā ī ea qđ ē p gratiā: que rducit ipsā ymaginē ī plenā cōformitatē dei. ga gra ipa est dei formitas. Ex parte igit n⁹ nō ē differē⁹

adorationis. Uñ quātū ad .b. ē equalitas in oībus. ꝑ respiciēdo possibilitatē ad gratiaz vel actum que est per gratiam que actu est in ymagine: non est ita. Si enim in statu est gre ⁊ habz gratiā actu habet bonū excellēs ī se ratiōe cui⁹ debet ei honor. glibet enī talī aliquo vno excellit. licet nō habeat omnia dona: ⁊ rōe illi⁹ vni⁹ cantat de quolibet cōfessore. nō ē iuētus silis illi. ⁊ sic respiciēdo actū gre in habēte. ratiōe cui⁹ semp excellit adorandus ē hō: ⁊ vnus magis alio. Silr respiciēdo possibilitatē ad grām ī hoīe. licz actu sit extra gratiā tamē adhuc possibilis ad tātā gratiā ⁊ ad maiorē: ꝙ aliquis bñs gratiā actu. ⁊ respiciendo possibilitatē hāc ī ymaginē ī maiori excellētia. ita etiā respiciendo .b. maior honor pōt īpēdi vni ꝙ alii.

Tertio queritur Utrū malis hoībus debeat adoratio. Ad qō sic Jo. dam⁹ Honorādi sūt sancti vt filii ⁊ heredes dei. vt dic̄ Jo ēngelista. Si ḡ mali hoīes ñ sūt amici: nec filii: nec heredes xpi. ḡ nō sūt adorandi. Ad oppo⁹ Ro. iz⁹. Honore īuicem puenientes. Glo. i. in qualibz reuerētia. alr ñ est fraternꝰ amor: nisi mutuis se pueniant obsequiis. Itē aligs mō malꝰ forte pōdinatꝰ ē ad maiorē iusticiā ꝙ aligs mō bonus ⁊ possibilꝰ ē. ad .b. Ergo dignꝰ ē honore rōe istius possibilitatis. Solo dō sicut supꝰ dctm fuit. mali hoīes ꝙātū mali ñ sūt diligēdi. īmo odio habēdi. quia odire malū ī quantū malū nō ē odire naturā ei⁹: ꝑ odire vicium in ipo vt dic̄ Augꝰ. Et iō sic odiendi sūt: ⁊ sic nō sūt honorādi nec adorandi. Attēdē do tamē naturā ipam. quia sūt ad ymaginē dei facti: ⁊ possibiles ad gratiā rōne biꝰ debetur eis honor ⁊ dilectio.

Quarto queritur de adoratione sanctorū qualr sit. Ad qō sic. Dulia adoramꝰ sāctos: ꝑ dulia iō ē qō fuitꝰ. ut dicit Augꝰ. ḡ seruitute ipos adoramꝰ. Ad oppoꝰ Augꝰ in libro de vera religione. Sācti adorandi sūt ꝓpter imitationē nō ꝓpter religionē. adoramꝰ eos caritate nec seruitute ḡ adoratio qua adoramus eos nō ē seruitꝰ.

Solo dō. ꝙ duplex ē seruitꝰ. Est enī seruitus obnoxietatis. ⁊ hec debetur deo. eo ꝙ est prīcipiū nostri eē. Est etiā seruitꝰ rue rētie ⁊ .b. debet sanctis. quia ipsi sūt nostri ductores vel ꝓ doctrinā sic̄ plati vel ꝓ itercessionē. vel ꝓ administrationē.

Quinto queritur an malus plātus magis sit honorandꝰ ꝙ bonus sbditus vel ecōuerso. Ad qō sic. Ro. iz⁹. Cui honorē. honorē. ī prelato qualcūq; sit ē maior dignitas ꝙ in aliquo sbdito. ḡ maior veneratio debet malo plato ꝙ bono sbdito

Cōt. Maior ē dignitas ymagis in bono sbdito ꝙ in malo plato. ꝑ dignitas ymagis rō ē quare nos adīuicē adoramus. vt dicit dam⁹. ḡ maior veneratio debet bono subdito ꝙ malo plato. Solo dō. ꝙ malꝰ plat⁹ in quātū plat⁹ magis dēt honorari ꝙ bonꝰ sbditus. quia magis ē ī pticipatione debiti honoris. quia ē honor. gratuitꝰ debitꝰ ex necessitate. ⁊ ē honor gratuitꝰ nō debitus ex necessitate. Prim⁹ honor debetur prelato in quātū plat⁹. quia ī quātū hiꝰ vice xpi est. Unde Ro. iz⁹. dic̄ aplus de ipo plato. ꝙ dei minister ē. Honor aūt gratuitꝰ nō debitus ex necessitate debetur bono sbdito. ⁊ iō magis tenemur ad honorem maiorem prelati ī quātū prelatus est.

Post hec inquirē dum ē de adoratiōe que debet irrōnabili creature que ē vestigiū dei. ⁊ maxīe de adoratiōe que exhibet cruci xpi. Primo an maior generatio debet cruci xpi ꝙ hōi. 2⁹. An possit deus adorari latria ī vestigio sicut ī ymagine.

Quātū ad primū sic obī exo. zo. phibet ꝙ nō fiat sculptile neq; vlla silitudo. Si ḡ figuramꝰ ōm ī cruce cōt ꝑceptū facimꝰ. nō ē ḡ crux magis adorāda ꝙ rōnalis creatura. Itē adoratio seu veneratio respicit dignitatē. ꝑ maioris est dignitatis rōnal creatura que ē hō ꝙ ipa crux. quia hō ad ymaginē dei factꝰ ē ⁊ creatꝰ est ad beatitudinē. ⁊ vt sit pticeps diuīe bonitatis ⁊ ītatis p cognitionē ⁊ amorē. crux aūt nō ita. cū sit irrōnalis creatura. ḡ maior veneratio debet hoī ꝙ cruci. Cōt. crux a maximis adorat. etiā petrus qui iā beatꝰ ē crucē adoraret: non tamē hoīez. ergo maior veneratio debet cruci ꝙ hoī. Solo. dō ꝙ ē dignitas realis que debet rei. ⁊ est dignitas ymaginis. ⁊ .b. non ē ex pte ymaginis. ꝑ ex pte rei. quā ymaginat. Uñ damꝰ Honor ymaginis ad ꝓtotypū. i. exēplar ītert

Sed notandū q̄ ē ymago p ꝓticipationē.et
b ē rōnalis creatura.⁊ ē ymago vt signū.s.
alicuius beneficii dei.sicut hūanationis ei⁹
⁊ passionis ⁊ hi⁹.vbi g̃ ē ymago vt signuz:
totus honoz referē ad ꝓtbotypū.i. exēplar.
vnde dicit Dam⁹ de cruce.q̄ adorando cru
cē adoramus passionē xp̄i : seu xp̄m passum
ſb his ꝓbis adoramus typū p̄cioſe crucis.⁊
si ex alia materia ē facta:nō materiā adorā
tes absit.ſ typū vt xp̄i simbolum.i.notam.
dixit enī discipulis. tūc apparebit signum
filii hoīs in celo.ſ vbi ē ymago p ꝓticipatio
nem vt homo ideo est adoratio dulie. ⁊ ita
nō ē ſb adoratio crucis maioz nisi ga referē
ad signū.dulia aūt debeē hōi eo q̄ ē in par
ticipatione diuine dignitatis sīc potentie:
uel sapiētie.uel bonitatis. qō non conuenit
cruci . Ille g̃ maioz honoz qui exhibeē cruci
referē ad rē significatā : cui⁹ ē signū nō re
fertur ad ipsam crucē in se. Ad illud qō
obr̄. Nō facies tibi sculptile.dō: secundum
Dam⁹. Q̄ anteq̄z deus eēt humanat⁹ facere
ymaginē deo erat ipietatis.quia fm diuinaz
naturā nō ē figurabil' . ſ postq̄z visibilis et
sensibilis fact⁹ ē p assūptionē carnis: non ē
ſb impietatis ſ poti⁹ pietat' ēipm figurare:
⁊ ſb ꝓpter doctrinā.⁊ īstructionem nr̄az.et
ꝓpter recordationē passionis xp̄i. vt p̄sens
sit nostre memorie. ⁊ ꝓpter ſb īstruimur.et
allicimur ad bonū . hac etiā de cā fiūt yma
gines sāctorū. Unū. Dam⁹ dicit. īuisibilis:et
incorporei:⁊ īcircūscriptibilis:⁊ īfigurabil'
dei quis p̄t facē ymaginē. Insipiē igit' sū
me ē ⁊ īpietatis figurare q̄ diuinū est.hīc
in veteri testō nō erat assuet⁹ ymaginū vs⁹
quia xo de⁹ ꝓpter viscera misericordie sue
scām veritatem factus est hō ꝓpter nostrā
salutē.nō vt Abrahe visus est ī spē hoīs. nī
ut ꝓbis.ſ fm ſbam fact⁹ ē hō. ⁊ perābula
uit terrā ⁊ cū hoīb⁹ conuersat⁹ ē.miracla fec:
passus ē.crucifixus ē.resurrexit.assūpt⁹ ē.⁊
omnia scām xitatē facta sunt ⁊ visa sunt.
ab hoībus.scripta quidē sūt ad memoriā et
doctinā nostrā.quia aūt nō oēs noscūt lr̄as
nec lectioni uacant.patres excogitauerunt
uelut quosdā triūphos ī ymagīb⁹ describē
ad velocē memoriā : qua ꝓpter multotiens
nō fm mētes habētes dñi passiōes ymagīe
xp̄i crucifixiōis videntes ⁊ salutaris passi
onis ī memoratiōez veniētes ꝓcidētes ado
ram⁹ nō materiā ſ ymaginatū. Silr ⁊ dei
genitricis ymaginis.nō materiā ſ figuram
adoramus:honoz enī qui ē ad ipam:ad ipm
qui ex ipa ē incarnat⁹ reducit. Silr autez
⁊ scōrū certamīa erigētia nos ad fortitudi
nem ⁊ imitationē ⁊ zelū virtutis eorum et
gloriā dei sicut diximus. ⁊ enī ymaginis ho
noz ad ꝓtbotypū.i.exemplarit̄ puenit. Et p
ſb soluunt oīa obiecta.

Secundo queritur

Utrū deus possit adorari latria ī vestigio:
sicut ī ymagīe . ga si sic:cū ī oī creatura sit
uestigiū dei:erit adorād⁹ latria ī oī cātura
vt ī lapide. Q̄ aūt ita sit patet.ga genē. 28°.
dr̄ de Jacob. Q̄ surgēs mane tulit lapidem
quē supposuerat capiti. ⁊ erexit in titulum
fundens oleū desup. Cū g̃ latria consistit in
sacrificii oblatiōe ipm aūt oleū obtulit pro
sacrificio.g̃ ipe exhibuit latriā lapidi . Itē
cum deus sit vbiq; p̄sentialr potentialr et
essētialr.g̃ p̄t ī oī re adorari. g̃ scām hunc
modū p̄t cuilibet creature exhiberi latria

Solo cū queritē an de⁹ adorand⁹ sit ī ve
stigio.dō.q̄ nō.nisi īquātū vestigiū efficit
signū p īstitutiōez quēadmoō tabernacli ⁊
lapis quē vnxit Jacob. erat signū ⁊ figura
ipsius xp̄i ⁊ scām ſb signatū adorat latria.

Si xo considerat ipm vestigiū in se.non
p̄t eē mā latrie.vestigiū enī non īmediate
ducit ī deū quēadmoō ymago . Uestigium
enim determinatur ī creatura irrationali.
secunduz vnitatē.xitatē bonitatē.que refe
rūtur ad ymaginē:que ī creatura rationali
determīat scām memoriā:ītelligētiā: ⁊ vo
lūtatē.q̄ quidē īmediate referūt ad trinita
tē.ga g̃ illō solū q̄ō īmediate ducē ī deū p̄t
eē materia latrie.vestigiū aūt nō ducē ī ōm
īmediate.p; q̄ nō p̄t eē materia latrie īq̄ꝝ
h⁹ ſ ymago.hinc ē ēt q̄ deus p̄t adorari ī
ymagīe nō ī vestigio ī quātū est res. Ad
illud xo qō obr̄ de Jacob dō.q̄ ipe nō īpen
dit honorē lapidi.ſ signato p lapidē qō erat
xp̄s. Ad vltimū dō.q̄ quāuis deus sit in
oī creatura ꝓt tr̄ p̄sentialr . potentialiter
essentialr. nō tamē sicut dicē beat⁹ Aug⁹ ad
Bardanū.oēz creaturā ihabitat.solū enim
habitat in illis in quib⁹ ē p gratiam.qui.s.
sunt tēplū eius sicut dicit aplus. Templum
dei sanctū ē qō estis vos. Teplū aūt solū tr̄
creatura rōnalis in qua deus inhabitat per
gratiā cognitionez.⁊ amorē . quia g̃ cātura
irrōnalis nō ē possibilis vt sit templuz.nec
erit ī ea adoratio ꝓt res ē.nisi scām qō est

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

signū,sic dictū ē. Reliqua que pertinēt ad istam mām iueniētur in questione de latria quando de virtutib⁹ inquirēt. Et sic patet responsio ꝛc.

Postquam quesi

tum est de ꝑmo mādato decalogi. Cōsequēter iquirēdū ē de scōo.qō est. Non assumes nomē dei tui ī vanū. Et circa hoc quereꝝ. Primo gnāliꝛ. Scōo spēaliꝛ. Gnāliꝛ duo querūt. Primo de expōne hui⁹ ꝑcepti. Secūdo de cōtinētia eius ꝫ intētione.

Quātum ad primum

queriꝝ de expōne huius mandati: que assi gnaꝝ tribus modis scōm tres expositiones que ponūtur in exodo.xx.ꝫ deut.ꝯ. Una.n. expō ē que pōiꝝ exo.xx. Nō assumes ꝛc. Xp̄m putādo tātū ĉaturā.ꝫ deut.ꝯ. Non estimes creaturā eē filiū dei. Scōa expō ē.q̄ ponit exo.xx.. Nō assumes ꝛc. iurando.ſ.ꝑ nichilo nomē dei.deut.ꝯ.dic glo. Iurando pro req̄ nō est. Tertia etpō ē in deut.ꝯ. Non assumes ꝛc.nomē dei ligno ꝫ lapidi ꝫ bi⁹ tribuēdo. Quātū q̄ ad istas expōnes opponit. ꝫ p̄ quātū ad ꝑmū. An sit coueniens Hugo ī li. de sacramētis. Assumē nomē dei ī vanū.est filiū dei ī visibilē ꝑ hūanitatē fcm̄ creaturā estimare. Ergo assumere nomē dei īuanum ē credere xp̄m purā creaturā. ꝟ q̄ expositio cōueniēs ē. Itē psal. Ante solem ꝑmanet nomē eius. Glo. Ante tēpora ꝫ omnē creaturā permanet nomē eius.i.filius regis. Ergo nomen ē ipse filius Sed Romanoꝝ octauo.dr. Uanitati subiecta est creatura oīs. q̄ assumē nomē dei ī vanū:ē filiū dei credē purā creaturā. Ad oppo⁹ Ro.zᵒ. Cū gentes nāliꝛ ea que legis sunt faciūt: ostēdunt opus legis scriptū in coꝛdibus suis nāliter Ergo decalog⁹ē de dictamīe legis naturaꝝ Sꝛ filiū dei eē boīez vel incarnatū:non ē de dictamīe legis nālis. Ergo ad illō mādatū nō ptinet q̄ filiꝰ dei incarnatꝰ seu visibilis factus ꝑ hūanitatē vt dic Hugo nō credaꝝ creatura. q̄ nulla ē expō. ꝟ ipertinēs ad ꝓpositū. Quātū ad scōam expōnē obiciꝝ sic. Non assumes ꝛc.ſ.iurando pro nichilo.quia quicūq; assumit nomē dei ī vanum peccat mortaliter: ꝟ non quicūq; iurat pro nichilo peccat mortaliter. Jurare q̄ pro nichilo non ꝓhibeꝝ ꝟ. Minoꝛ ꝑz. quia dato q̄ iurare pro nichilo sit mortale peccatū, iam iurare nō eēt indifferens.quia illud qō ē idifferēs pōt fieri sine cā.ꝫ tamē ñ ē peccatū mortale Jurare q̄ eēt malū in gnē. ꝫ nō bonū ex circūstātia. Itē Aug⁹. Jurare nō est bonū et tamē nō ē malū. q̄ scōm ꝟ ē idifferēs. Ergo aliqs pōt iurare ꝑ nichilo sīe pcō mortali.

Itē psal. Nec iurauit ī dolo proximo suo. Glo. ꝓhibet ñ qōcūq; iuramētū. ꝟ iuramē tuꝝ ī dolo. q̄ solū iuramētū ī dolo ē peccatū mortale. q̄ iuramētū pro nihilo non est ꝟ in ꝓhibitione. Quantū ad tertiā expōnem que ē. Nō assumes ꝛc. Ligno ul lapidi nomē dei tribuendo obr. quia scōm hāc expōnem vanū ꝟ appellaꝝ ydolū. Sꝛ quicūq; ꝟ nomē xp̄s ydolo tribuit:facit ydolatriam. ergo ꝟ ꝓhibet ydolatriā. Ergo nō differt a primo ꝑcepto scōm hāc expōnem. Ad oppositū Aug⁹ ī li.de.x.cordis. Si tāgis ꝑmā cordaꝝ interficies bestiā ydolatrie. Si tāgis secūdā cordā interficies bestiā erroꝛis. q̄ erroꝛ ꝓhibeꝝ in ꝟ mādato. ꝫ ꝟ dicit ista expō. q̄ coueniens est. Sed ratione huius queritur si erroꝛ hic ꝓhibetur. ꝫ in primo mandato. quō differēter. Solo dō sicut dictum est supꝛ. Lex Moysi media ē inter legē nature ꝫ legē grē. Educiꝝ enī a lege nᵉ. maxīe quātū ad decalogū. sic dicit Aug⁹ in li. de ẽctioib⁹ noui ꝫ veꝛ.testa. sed ꝟ manifestaꝝ. Uñ dic q̄ data ē lex Moysi vt que latere ceperant manifestarenꝝ. Itē ducit ad legē gratie Uñ psal. Lex dñi īmaculata cōuertēs aīas. Glo. Sua districtiōe coꝛrigēs ꝫ ad xp̄i graꝫ mittēs. Scōm ꝟ q̄ decalog⁹ hꝫ respectū vel rōnē vnā ꝑut educiꝝ a lege nᵉ. Alia ꝑout ducit ad legē gratie. Sic igiꝝ mādatū illud pōt considerari ꝑut ducit ad legē gratie. et sic transit in signū. ꝫ sic nō soluꝫ lr̄ale est. ꝟ ẽt misticū. ꝫ sic exponit vt ptineat ad filiū sic primū ptinet ad patrē. ꝫ ꝛᵒ ad sp̄m scm̄ ꝫ scōm ꝟ ē eius expō. Nō assumes. i. nō credes xp̄m purā creaturā. Si aūt sumatur ꝟ mādatū ꝑut educiꝝ a lege nᵉ. aut cōsideraꝝ scōm suā formā: aut scōm suā ꝛtutē. Si scōm suā formā cōsideret. sic ꝑprie nomē ī vanū assumē ē sicut sumiꝝ ī attestatione ꝛitatis. sic ī iuramēto. ꝫ sic exponiꝝ illa expositiōe. Non assumes ꝛc. Jurādo ꝑ nichilo. exo.xx. Si aūt sumaꝝ scōm virtutē vt sumaꝝ ī vanū sumē. i. abuti noīe. sic ē ꝛᵃ expō. Nō assumes ꝛc. Ligno uel lapidi nomen dei tribuendo. ꝫ sic mādatū istud hꝫ expōnem misticam. Uñ hugo supꝛ dixit ī vanū nomē

ẽ. filiũ dei ẽ. Alĩ sũt due alie expões. s. iurãdo pro nichilo. ⁊ ista nomen dei lapidi uel ligno tribuendo. Hugo ĩ libro de sacramẽtis. Nõ assumes nomẽ dei tui ĩ vanũ. vel ad mẽdaciũ affirmandũ uel ad ydolũ venerandũ. Ad rõnẽ ĩ cõtrariũ dõ. Q licz lex nr nõ dictet ĩcarnationẽ ĩ rõe ppria. dictat tamẽ eã ĩ rõne vli. quia bene dictat q deus sũme misericors ẽ. et q nõ dimittet ẽaturã rõnalẽ quã fecit ad beatitudinẽ oĩo perire.

Ad ea que obiciũt de secũda expone dõ. Q iurare ẽ pferre ỽbũ iuramẽti. Jurare ẽ pro nihilo. aut ẽ iõ qõ assumẽ ỽbũ iuramẽti cũ ĩtẽtione iurãdi ⁊ deliberatiõe: aut sine ĩtentiõe. Si ẽ dicatur iurare pro nichilo assumẽ ỽbum iurandi sine ĩtẽtione iurãdi: sic iurare pro nichilo nõ ẽ peccatũ mortale: nec est ĩ phibitiõe. vnde dormiẽs si pferret ỽbũ iuramẽti nõ peccaret. quia nõ deliberaret nec intenderet iurare. Si ãt iurare p nichilo vel sĩe cã dicaĩ cũ ĩtẽtione iurandi sic ẽ ĩ phibitiõe. ⁊ sic ẽ cõtra hoc pceptum Assumẽ enĩ dicit sumere cũ ĩtentione finis. quia dicit sumẽ ad. ⁊ ppter hũ ille q cũ intẽtione iurat p nichilo. directe peccat cõr hũ mãdatũ. Ad illud qõ obr scõm Aug⁹. Q iurare sit ĩdifferẽs. dõ. q iurare est asserere p pmã ỽitatẽ. i. cũ iuocatione pme ỽitatis ad testimoniũ sue affirmatiõis. Ratione ẽ eius qõ ẽ asserere: ỽũ ẽ q iurare ẽ ĩdifferẽs. quia asserere põt bñ ⁊ male fieri. Sz hũ qõ ẽ iuocare pmã ỽitatẽ ĩ testimoniũ: dic quãdã circũstãtiã que ita determiat hũc actum. q sine ea nõ possit absq; cõtemptu ipsi⁹ ỽitat. que de⁹ ẽ fieri. quia iã taĩ pro nichilo ducẽr pmã ỽitatẽ. ⁊ ita seq̃r q ipm otemneret. Propẽ hũ dõ ad Aug⁹ auctoritatẽ. q iurare nõ ẽ bonũ. ⁊ tamẽ nõ ẽ malũ. ẽ ĩdifferens. q ĩdifferẽs dupl̃r dr. vno mõ dr act⁹ ĩdifferẽs: qui põt bene ⁊ male fieri. ⁊ sic iurare ĩdifferẽs est. ga si fiat ex bona causa bñ fit. Si vero ex mala causa fit male fit. Alio mõ dicĩ indifferẽs. ⁊ hũ ppter ĩclusã circũstãtiã Et q obr q sic sequereĩ. q iurare eẽt malũ ĩ genere. dõ q nõ. quia malũ ĩ gnẽ ẽ qõ vel minat gen⁹ ĩ malũ. ⁊ solum ex circũstantia trahitur ad bonũ. Sz iurare scõm genus bonũ ẽ. s. asserẽ per pmaz ỽitatẽ. nec illa differẽtia trahit ipm actum ad malũ. ẽ q non ĩdiffr̃ẽter exerceaĩ. Ad tertiũ dõ. q iuramẽtũ ĩ dolo vl̃r ẽ ĩ phibitiõe. quia sp determiaĩ ĩ malicia. ẽ iuramẽtũ ex cã põt bñ fieĩ ⁊ male. ⁊ iõ nõ dr phiberi supple vl̃r. Ad ea que obiciũtur de 3ª expõne dõ. q hũ expõ Nõ assumes ẽ ligno vel lapidi nomen dei tribuẽdo nõ ẽ quãtũ ad formã pmã mãdati sed quãtũ ad uirtutẽ. Ex pte aũt forme ppe attẽdiĩ distictio ĩ mãdatis. nõ ex pte ỽtut. vñ si ex parte forme sumereĩ illa expõ. bene pcederet rõ. Adhuc tamẽ scõm istã expõnẽ distĩguiĩ hũ mandatũ a pmo. ga si accipiaĩ q latria ĩ his tribus mãdatis pcipiĩ. sic est distictio: quia ĩ pmo mandato pcipiĩ latria vt adoratio seu veneratio dei secũdũ actũ cordis. cũ dicit. Nõ adorabis ẽ. ga adoratio dic actũ cordis. Vñ Hugo ĩ li. de sacramẽt. Deũ adorare ẽ ei totã mẽtẽ scõz humilitatez ⁊ deuotionẽ sbsternẽ: ⁊ ipm pcipiũ ⁊ finẽ oĩs boni credẽ. Jn scõo ẽo mãdato pcipitur latria scõm actũ oris. vnde pcipiĩ assumẽ nomẽ dei ĩ laudẽ ⁊ gloriã ipi⁹. cũ scilicet phibet ne assumatur ĩ vanũ. Jn 3º pcipitur veneratio dei scõm actũ opis. vt. s. ĩ sabbõ eẽt vacatio deo. ⁊ oratiões. ⁊ oblatiõs acrificiorum fierent.

Postea queritur

de cõtinẽtia ⁊ ĩtẽtione isti⁹ mãdati Et circa hũ querũĩ duo. Primo qõ ẽ nomẽ qõ phibeĩ hic assumi ĩ vanũ. Scõo qd ẽ nomẽ dei assumere ĩ vanũ.

Quãtum ad primum

obr ⁊ videĩ cũ non dicaĩ hũ nomẽ dei cum aliqua determiatiõe. q accipiaĩ generaliĩ. sed sũt nõia sue potentie sue ỽitat: sue bonitatis: ẽ hũ phibetur assũptio in vanũ de nomine potẽtie ⁊ bõitatis ⁊ non solũ de noĩe ỽitatis. Cõfriũ hui⁹ videĩ p Aug⁹. q distinguit q primũ mãdatũ ptinet ad reuerẽtiaz maiestatis. z⁹ ad reuerẽtiã ỽitat. Tertiũ ad reuerẽtiã bonitatis. nõ ẽ sumiĩ hũ nomẽ pro noĩe potentie ⁊ bonitat. Sed solum pro noĩe ỽitat. ẽ videĩ q sumaĩ p noĩe potestat| Psal. Jn multitudine ỽtutis tue mẽtiẽtur tibi ĩimici tui. Sic ẽ cõuenit mẽtiri contra nomẽ ỽitatis. ita contra nomẽ potestatis. ẽ si assũpto nomĩe potestat. s. cũ mẽdacio est assumptio noĩs ĩ vanũ. ẽ qui sic accipit nomẽ potestatis: pũaricat⁹ ẽ cõtra illud mandatũ. Jtẽ psal. Laudte pueri dñm. laudate nomẽ dñi. Glo. i. potẽtiã. Ergo nomẽ dei ẽ potẽtia: ẽ hũ nomẽ põt sumi in vanũ. Ergo phibeĩ hic assũptio hui⁹ noĩs. Jtem qõ phibeaĩ hũ assumi ĩ vanũ nomẽ bonitat⁹ pz Psal. Beat⁹ vir cui⁹ est nomẽ dñi spes eius

Item est amor qui generat ex beneficiis temporalibus: ⁊ amor qui generatur ex be neficiis eternis. Dicēdū q̄ q̄uis amor dei precipiatur in lege: tamē scōm intentionē legis precipit⁹ ut debit⁹: ⁊ ex beneficiis tē poralibus agenerat⁹ ꝓmissis uel acceptis sicut p̄z ex Deut°.xi°. post multa beneficia enumerata dicit. Ama dominū deum tuū ⁊ observa precepta. ⁊ subdit. vt possitis ī troire ⁊ possidere terram. Amor v̄o in euangelio precipit⁹ vt gratuit⁹. sicut patz Math.5°. Si diligitis eos qui vos diligūt ⁊c. similiter Luc̄ vi. ⁊ nō vt introducrus per tēporalia beneficia sed p eterna. vnde Aug⁹ contra fausti dicit lex vetus testa mentum. euangeliū aūt nouū testamētum appellatur. tēporalium rerū promissiones testamēto veteri cōtineri. Et ideo vetus testamentū appellari nemo vestrū ābigit eterne vite promissio: regnumq; celorum ad nouū ptinet testamētū. Sicut ḡ in amo re debito nō est pfectio sed ī gratuito. nec in amore qui oritur ex beneficio temporali sed ex eterno: ita nō est pfectio amoris ī le ge sed in euāgelio. Ad quartū dicendū q̄ in lege ordinat⁹ affectus ⁊ effectus: ꝑ nō est scōm pfectā ordinationē. Est enī ordi nare hominē ꝓcedendo ab exterioꝛib⁹ ad interiora qualis erat in lege. Intendebat enim lex p actū exteriorē ordinare affectuz interiorē. vnde primo phibetur actus ma lus. nō occides. nō mechaberis. demū v̄o p hibetur affectus. Non cōcupisces Exo.20. ⁊ ē hominē ordinare procedēdo ab interi oribus ad exteriora. Et hec ē intētio euan gelii vt p ordinationē interioris affectus ordinet⁹ exterior actus. Unde Math.5°. Qui irascit⁹ fratri suo ⁊c. q viderit mulie rem ad cōcupiscendū ⁊c. diligite ⁊c. Precē pta ergo legis p̄cipaliter respiciūt actū. precepta v̄o euangelii p̄cipaliter affectū. ⁊ ideo pfectio nō erit in lege ꝑ in euāgelio

vnde Johānes crisostimus sup Matheuz. Quoniā legis quidē mandata magis ad opus respiciebant q̄ ad affectum id ē. Nō occides. nō adulterab̄ ꝛc. xp̄s ad supplemē tum eorum spiritualiora introduxit māda ta ad affectū magis respicientia q̄ ad actū.

Postea queritur vtrū lex euangelii sit eadem cuz lege nature. Ad qō sic arguit ad Ro. 2°. Ei gentes legem non habētes naturalit legē faciunt: ip̄i sibi sūt lex: quia ostendūt opus legis scriptū in cor dibus suis. ex quo accipitur q̄ lex naturalis est inscripta cordi ⁊ conscientie humane. vnde dicit ibi glo. q̄ lex naturalis est qua quisq̄ intelligit ⁊ sibi conscius ē. quid bo num. qd malū. Si ergo lex euāgelii ē lex q̄ inscribitur cordi humano qua nos intelli gimus ⁊ sumus nobis conscii. quid bonuz quid maluz. vnde Jere. 31°. Dabo legē meā i visceribꝫ eoꝝ ⁊ i corde eoꝝ scribā eā: qō itelligit de lege euāgelii. g̃ lex euāgelii ē eadem cū lege naturali. Jtē. Quicqd di ctat lex natural: dictat lex euangelii: q̄ quis non econuerso. Ergo lex naturalis est ꝺ in tegritate legis euāgelii. Jtem. Lex euā gelii est lex vniuersalis ⁊ semp ⁊ ad oēs. Lex aūt omnis que est semp ⁊ ad omnes ē lex naturalis: ga qō naturale est semp ⁊ ad omnes est. non quod acquisitū uel aduenī ens est. Relinquitur igitur q̄ lex euāgelii eadem est cum lege naturali. Jtē. Quod natura est tale ⁊ per se magis est tale. si g̃ euangelii maxime lex ē natura. lex erit ⁊ p se. erit igitur euangelium idem legi natu rali. Jtem dicit Gratianus in principio decretorum. Jus naturale est quod in lege ⁊ euangelio continet̄ iuxta Jsidorū in li° gnto ethimologiarū. Omnes leges aut di uine sunt: aut humane. diuine natura. hu mane moribus constāt. Jtem si dicatur iuxta Gratianū di. vi. q̄ in lege ⁊ in euan gelio naturale ius ꝺrīet̄: nō tamē quecūq̄ in lege ⁊ in euangelio inueniūt̄ naturali iure coherē probantur. Sunt enim in lege quedam moralia ⁊ quedā mistica. Moralia mandata ad naturale ius pertinēt: atq; ī nullam mutabilitatem recepisse mōstrāt. Mistica ꝺo q̄tum ad superficiez a natura li iure probātur. aliena q̄tum ad moralez intelligētiam inuenīūtur sibi annexa.

Cōtra. In euāgelio ⁊ etiam ī lege sūt mo ralia que sūt scōm suppositiones fidei vt adoratio assūpte hūanitatis xp̄i ⁊ hꝰmōi sed ea que sūt ꝼm suppositiōem fidei trās cendūt dictamē ratiōis ⁊ nature. ergo mo ralia euāgelii vel legis generaliter nō cō tinētur ī lege nature. Jtem. Non ē idez sed differūt essentialiter natura ⁊ gratia nec ordo nature ⁊ ordo gr̃e. g̃ nec ius seu lex que est scōm ordinem nature. ⁊ lex que est scōm ordinem gratie. Ergo nec lex euā gelii que est lex gratie erit eadem lege na turali que est scōm ordinem nature. Jtē Uirtutes naturales nō sūt eedem cum vir tutibus gratuitis. g̃ nec lex naturalis erit eadē cū lege gratie. Jtē. Aliud ē debitū faciēdi ratiōe exigētie nature. aliud rōne exigētie gratie. ꝛbi gratia. In exigētia na ture est debitū diligēdi beneficum ⁊ ami cum. nō aūt maleficū vel iniuriosū. exigētia ꝛo gratie debitū diligēdi in maleficum ⁊ iniuriosū Luc. 6°. Si diligitis eos qui vos diligūt que est vobis gratia. Diligite inimi cos vestros. benefacite his qui oderūt vos si ergo differētia legis est scōm differētiaz debiti faciendi: ga lex nihil aliud est q̄ de scriptio debiti faciēdi vl mali vitādi. alia erit lex euāgelii a lege naturali. Rñdeo dicēdū q̄ sicut natura ordinat̄ ad gratiā ita lex nature ad legem euangelii. nec ē ea dem lex naturalis cū lege euāgelii. non tñ lex naturalis p euāgeliū auferē sed pficiē verbi gratia lex naturalis dicit q̄ diligen dus est deus: ga beneficus: ⁊ quia creator Lex euāgelii dictat q̄ diligēdꝰē ga bonus ⁊ quia redēptor. Item lex naturalis di ctat q̄ diligēdus ē p̄xim⁹ ga homo ⁊ con formis in specie. ⁊ ga ab vno sum⁹ cōditi Lex ꝺo gratie dictat diligēdū p̄ximū ga filius dei vel possibilis ad filiationē: ⁊ ga imago dei: ⁊ quia ab vno sumus redēpti. Ex diuersis igit̄ causis est debitū diligen di deum ⁊ proximum: scōm legem nature ⁊ scōm legē euangelii. Quaruz vna tñ or dinatur ⁊ pficiē p aliā. Ex quo patz q̄ nō est eadē lex naturalis cū lege euangelii: tñ lex naturalis ordinatur ad eā sicut ad suā pfectionem. Et ideo dicit Jsidorus q̄ ius

diminū constat natura. ⁊ hac ratiōe verū est ꝙ ius naturale lege ⁊ euāgelio cōtine tur. Ad illud ergo quod primo obiicit ꝙ lex euāgelii est inscripta cordi sicut lex naturalis. dicēdum ꝙ verum est sed tamē differenter: est enim inscriptio debiti faciendi scōm dictamen iditum cōscientie ab ipsa conditiōe eadē apud omnes. Et est inscriptō scōm dictamē impressū conscientie ex fide seu iustificatione apud credentes. prima inscriptio est nature. secunda est legis euangelice. prima est ex natura indita secunda ex gratia data seu superaddita. Et ideo signāter dicitur Jere. xxxi°. Dabo legē meam ⁊ i. ad Ro. Euangelium est virtus dei in salutem omni credenti. quia sīc lex naturalis eadem est apud oēm hoīem: ita lex euāgelii eadē ē apud oēm credētē.

Ad secūdū dicēdum ꝙ lex naturalis nō ē pars legis euāgelii: est tamē fundamentū ipsius sicut natura est subiectū gratie: ⁊ inde est ꝙ quicqd dictat lex naturalis: dictat lex euangelii tamē altiori ratiōe. Ybi gratia scōm legem nature dictatur matrimoniū ad hoc ut generet hō ⁊ multiplicet̄ species. scōm dictamē gratie ad hoc ut filius hominis q̄ per regenerationē fiat filius dei: ⁊ ut multiplicet̄ proles ad cultum dei.

Ad tertiū dicendū ꝙ aliter est vniuersalis lex euangelii. aliter lex naturalis ⁊ semp ⁊ ad omnes. lex enī euāgelii vniuersalis est scōm causam quo ad omnes. scōm effectū ℞o vniuersalis est quo ad credētes quēadmodū gratia scōm causalitatem oībus offertur. tamē scōm effectū solis dispositis ⁊ ipsam recipientibus exhibetur. Lex ℞o naturalis scōm causam ⁊ effectū vlīs est ⁊ quo ad omnes. Omnibus enī homīb⁹ naturaliter imprimit: ⁊ naturā humanam inseparabiliter cōitatur. Lex ℞o euangelii vniuersalis est ⁊ semp ⁊ ad omnes ⁊ q̄tū ī ipsa ē: seu q̄tum ad gratiā dantis: nō tm̄ q̄tum ad effectū suscipientis. Lex ℞o naturalis semp ⁊ ad omnes est scōm effectū suscipientiū. Ad vltimū respondeo ꝙ illa regla philosophi ꝙ natura est tale ⁊ cetera. dicitur per cōparationē naturaliū habitū ad habitus acquisitos: non p compationez ad habit⁹ gratuitos: imo qō gratuite est magis est q̄ quod naturale est: id est nobilius ⁊ dignius q̄uis nō diuturnius. vtracq; tamen lex naturalis ⁊ lex euāgelii dicitur eterna seu ppetua: sed differenter. illa enī ppetua ē quo ad omnes ⁊ ī effectu. ista ℞o perpetua est quo ad credentes ⁊ q̄tum in se est.

Querītur postea vtrū lex euangelii sit eadem cū lege moysi. Ad qō sic. Una est fides noui ⁊ veteris testamēti nō differēs q̄tū ad essentiā. g̃ vna erit lex noui ⁊ veteris testamenti. Si enim est vnitas ex parte cognitiōis veritatis per fidem: vnitas debet esse ex parte ordinis bonitatis per legem. Item. Mathei. v°. Non veni soluere legem sed adimplere glo. euangelium est recapitulatio veteris legis. Si g̃ recapitulatō legis nō diuersificat legē. Nō erit diuersa lex euangelii a lege moysi. Itē euāgeliū est impletio legis lex igit̄ plena est. lex moysi cū euāgelio. g̃ non est differens lex euāgelii a lege moysi

Item non est aliud ius inchoatū ⁊ idez ius pfectū. ergo non est alia lex iuris ichoati ⁊ ciusdē iuris pfecti. Sed sic se habet lex ⁊ euangeliū Math. v°. Nisi abundauerit iusticia vestra ꝛc. glo. Pleni⁹ agit̄ preceptā que premissa fūt ad inchoationem supple in lege dū fuerint addita ad perfectionē supple in euāgelio. Contra. Nō est eadem lex littere. lex spirit⁹. Lex moysi. lex līe est. Lex euāgelii seu xp̄i. lex spiritus est Ro. vii°. Itē. Non est eadem lex factorū ⁊ lex fidei: sed lex moysi est lex factorū. lex euangelii lex est fidei. Ro. iii°. Itē. Nō ē eadem lex vmbre ⁊ signationis. ⁊ lex veritatis ⁊ exhibitionis. sed lex moysi ē lex vmbre ⁊ signationis. Heb. x°. Umbrā habens lex futurorū nō ipsam imaginem. lex ℞o euāgelii est lex veritatis ⁊ exhibitiōis ergo nō est eadem lex moysi ⁊ lex euāgelii.

Itē. Quarū legū sūt fines diuersi ipse erūt diuerse. Sed finis legis timor ē dei. Eccl. vlt°. Finis euangelii amor dei. i ad Thimoth. p̄. Unde Aug⁹ breuissima differētia legis ⁊ euāgelii timor ⁊ amor. ergo ꝛc.

Item. Non est eadē lex tēporalis ⁊ eterna. sed lex moysi tēporal̄ ad Gal. iii°. Quid igit̄ lex ppter trās gressionē posita ē supple cohercendam donec veniret semē ꝛc.

euāgeliū vero ē lex eterna Apoc.i4°. Vidi angelū habētē euāgeliū eternū ⁊ Matb.24°. Celum ⁊ terra transibūt verba autē mea non transibūt. Rn deo dicendū q̄ lex euāgelii ⁊ lex moy si vna lex ē ratiōe vniuersali: diuerse ꝛo sunt in rōne ꝓpria. Unde Aug⁹ contra aduersariū legis ⁊ ꝓphetaꝝ qui recte colit deū vtriusq; testamēti inuenit vnū deū: ⁊ eiusdē vni⁹ dei .in vtroq; diligit bonitatē: in vtroq; metuit seueritatē. Rationē autē vniuersalem ⁊ cōmunē dico multipliciter in cōparatione ad efficientē: in cōparatiōe ad finem: in cōpatione ad sensū. vnus ergo est legislator vniuersalis legis ⁊ euangelii deus Jaco.4°. vnus est legislator ⁊ iudex. vnus finis. s. xp̄s. Unde Aug⁹ contra aduersariū legis ⁊ ꝓphetarū li. secūdi. Finis legis quis ē ad q̄ non ego sed ap'lus ipse respondeat. Finis est inquit legis xp̄s ad iusticiam omni credēti Ro.x. Finis pficiens nō interficiens. finis quippe dicit ꝓpter quē fiunt omnia quecūq; aliquo fiunt officio. Nam inter officiū ⁊ finem hoc distat q̄ officiū est in eis que facere debemus. finis ꝓpter quē facimus: vnus sensus quia vna vniuersalis veritas. Unde Greg⁹ sup Ezech. p̄. vbi dicitur q̄ tota erat ī rota qō predicat lex hoc exhibet euāgeliū. ⁊ iterū. Diuina eloquia ⁊ si rēporibus diuīcta sunt sensibus sunt vnita. Rationē ꝛo propriam dico similiter multipliciter p compationem ad efficientem ⁊ ad finem: ⁊ ad sententiam. Per compationē ad efficientē differt lex ⁊ euangeliū. qa lex data est per hominē purū. euangeliū ꝛo p xp̄m. Joh. p̄. Lex p moysen data est ꝛc. p cōpationē ad finē differunt similiter. finis enī illius est declinatio mali per timorē. finis istius p̄cipaliter opatō boni p amorē. Unde Aug⁹ ꝛtra aduersariū legis ⁊ ꝓpheraru. testamētum nouū differt a veteri: qa ibi vetus hō formidinis coarctatur angustiis: ⁊ hic nou⁹ hō spaciatur latitudine caritat'. Per cōpationē ꝛo ad sniam differunt quia ibi veritas in figuratione. hic veritas in exhibitione: ⁊ hoc q̄tum ad figuralia. Unde Aug⁹ de ꝛcordia euangelistaꝝ qō lex ⁊ ꝓphete p nūciauerūt hoc redditū atq; cōpletū in euangelio demonstratur. Item ibi est veritas scōm īchoationem. hic ꝛo est veritas scōm pfectionē: ⁊ hoc quo ad moralia. vnde Matb.5°. Nisi abūdauerit iusticia vestra ꝛc. vbi dicit Aug⁹. Plenius agūt p̄missa ad inchoationē dū fuerīt addita ad pfectionē. Dicendū igitur q̄ lex moysi ⁊ lex euāgelii vna lex est ī ratiōe vniuersali. differētes ꝛo sūt in rōne ꝓpria: ⁊ hoc quia illa data ē populo carnali. Ista spirituali. illa puulis ista pfectis. vnde scōm qō dicit Aug⁹ de vera religione. sapiens medic⁹ alia mādata dat infirmo p ministros. alia per se. ita deus alia mādata dedit per moysem. alia per seipsum in euāgelio.

Item Aug⁹ ad marcelinū: cū aliud magister adolescenti q̄ puero solebat imposuit. doctrina cōstās mutato p̄cepto nō mutata mutauit. Ita ⁊ per hūc modū sicut ipse intendit creator alia in lege. alia in euāgelio. doctrina ꝛitatis eiusdē fieri precepit ibi populo puulo. hic vero adulto populo. Et p hāc distīctionē patet responsio ad obiecta.

Deinde queritur ō differētia legis ⁊ euāgelii. Et queruntur duo. Primo vtrū differant sicut contraria. aut sicut dispata. Secundo de modis differentie.

Ad primum sic obiicitur Quarū legum sanctiones ⁊ p̄cepta sūt cōtraria: ⁊ ipse sunt ꝛtrarie. sed legis ⁊ euāgelii sūt precepta cōtraria. q̄ lex ⁊ euāgeliū sūt cōtrarie. Probatio medie. In lege ꝓhibent' edenda q̄ p'lima sicut īmūda. Leui.xi°. In euangelio ꝛo nō dicūtur īmūda. Matb.i6°. Non qō intrat in os coinquinat hominē. vñ ⁊ ap'lus ex hac auctoritate dicit oīa mūda mūdis ad Thimot. p̄. Item in lege cōcedit' odiū inimici qa solū precipit' dilectio amici. Leui.i9. Diliges amicuꝝ

tuū: in euangelio precipit dilectio inimici Math.v°. Item in lege dicit oculum pro oculo dentē pro dēte Exo. xi°. In euangelio xo dicit. Ego dico vob oīno nō resistere malo. Item ī lege dicit. Reddes domino iuramēta tua: ⁊ per nomē eius iurabis. Deut°.vi°. In euangelio dicit. non iurare omnino. Contra. Eze.p. Rota erat in rota hoc est nouū ī veteri: sicut exponit Greg⁹ ergo non sūt otraria. Item Math.v°. Non veni soluere legem sed adimplē euangeliū g̃ est legis impletio. g̃ nō ē ei cōtrariū. Item Greg⁹ sup Eze.p. Diuina eloquia ⁊ si tēporibus sunt diuisa cta sensibus sunt vnita. R⁹ dicendū q̄ lex ⁊ euāgeliū differūt nō sicut contraria nec eriā sicut dispata q̄tum ad rationem propriam sicut iam patebit.

Ad illud ergo quod primo obiicit q̄ precepta legis ⁊ euangelii sunt contraria: respōdēdū per interēptionem.

Ad illud p qō videt̄ ꝓbari de prohibitione escarū. dicendū q̄ nō est contrariū. Nā lex phibuit escas. ⁊ dixit ī mūdas triplici de causa: ꝓpter sīgtionem. vnde īmūda dixit ea figurabāt īmūda. Item ꝓpter abusū. vnde īmunda dixit ⁊ phibuit illa qbus abutebā tur ad ritum idolatrie. sicut supra ostensum est. Item īmūda dixit ꝓpter īdignitatem illius populi ꝓpter quā quedaz p phibitionē subtraxit ei velut īmunda. Lex xo euāgelii dicit ⁊ cōcedit oīa munda respiciēs ad naturā rerum ⁊ ad ꝯuenientē vsū ⁊ ad dignitatem vtētiū. De ꝑma causa dicit Aug⁹ coīa fausti. q̄ dixit lex aliqua eē īmūda: ⁊ q̄ dicit apl's. oīa esse mūda non sūt cōtraria: ea hoc dixit apl's de ipsis naturis. Lex xo ꝓpter quasdā ꝑfigurationes tpi cōgruentes nō natura ꝛ sīgtione dixit īmunda. verbi gratia. si de porco ⁊ agno requirat vtrūq; mundū ē: ea oīs creatura dei mūda bona. q̄dā xo sīgtione. agnus mūdus ⁊ porcus immūdus est. īmūdus q ꝓpe illud aliud ī lege positū est eo q̄ non ruminat. non autem hoc eius vitium sed natura est.

Sunt aūt homines qui p hoc alias signant īmundi ꝓpio vitio nō natura: qui cum libenter audiant verba sapientie postea de his oīno nō cogitāt.

Quod enī vtile audiēs ⁊ velut ab intestimonio memorie: tanq̄ ad os cogitationis recordandi dulcedīe revocare. Quid aliud ē q̄ spūaliter quodā modo rumīare: qō qui nō faciūt illorū aīaliū genere figurantur. Unde⁊ ipa a talibus carnib⁹ abstinētia tale vitiū nos cauere premonuit. De secūda cā satis dictū est supa questione de īmundiciis. De tertia xo cā dicit Aug⁹ ī questionibus noui ⁊ veteris testamēti Escarū lex nō ī primordio legis data est: sed cū duce pfidia dei verbis ⁊ p missis fidem vellēt dare ad duriciam cordis sui acceperūt precepta nō bona Eze.xo. Id enī dictū est ut cervix illoz̄ premeret ad profectū illorū. superbis enī hominib⁹ ⁊ otumacibus nō debuit tota creatura subiici. postea aūt miseri cordia dei veniēte reddita est libertas edendi. vnde dicit Petr⁹ apl's Act. is. Quid imponit̄ sup cervicē fratz̄ quod neq; nos neq; patres nr̄i potuim⁹ portare. Ad secūdū respōdet Aug⁹ coī fausto dicens. Unusq̄sq; iniqu⁹ homo ⁊ īquātū iniquus odio est habēdus. in quātū aūt homo: est diligēd⁹. Audito igitur ⁊ nō intellecto qd antiquis dictum erat. odietis inimicū vestrū fere bant homines ī hoīs odiū: cū nō debe rent odisse nisi vitiū: hos corrigit dīs dicendo. Diligite īimicos vestros. ꝑpiendo vtiq; vt diligamus īimicos cogeret nos intelligere quo nā possem⁹ vnū eundēq; hominē ⁊ odisse ꝓpter culpam ⁊ diligere ꝓpter naturam. Ad tertiū respondet Aug⁹ ī questionibus noui ⁊ veteris testamēti: q̄uis dictuz esset antiqs. Oculū p oculo. ⁊ saluator dixit. Nō resistē malo: nō aliud voluit saluator q̄ q̄ lex ī sensu habet. sed voluntatem eius pfecit: que erat respectu salutis hoīs: sed tamē differenter. Nā lex mādauit vt si qs oculū volleret oculum amitteret. vt sic timore territi homines nō facerēt ne paterent̄ qō sibi fieri nolebāt ⁊ p hoc salutē haberent.

Saluator ꝟo imutat̄ verbis docuit ꝙ
salnti prodesset vt sensū legis implēt:
vt q̄a timore legis salui esse nequerāt
per patientiā victi emēdarēt sese cor
rigentes. Itē Aug⁹ ī eodē. lex sic vo
luit īimicitiā tollere vt ꝑ retributionē
territi hoīes desinerēt eē īimici: ⁊ qm̄
audacia sua hoīes timorē legis ⁊ natu
re spreuerūt crescētes ī malū ꝑ humili
tatē. saluator īimicitiā voluit vinci vt
vel sic hoīes flecterent ad bonū dū vi
derent nō sibi reddi īimicitiam. Ad
quartū dicēdū ꝙ simil̄r nō ē cōtrariū
vtrobiq̄ꝫ. n. ē intētio reuerētie ꝟitatis.
vñ ꝙ dicit lex. per nomen eius iurabis
intelligit hoc est si contingat iurare
nō iurabis per idola sed per nomē ei⁹.
Lx ꝟo dr̄ nō iurare oīo. sic dicit Aug⁹
ad publicolā hoc dictū est nō q̄a iurāe
est peccatū. s quia piurare in mane pec
catū est a quo nos lōge eē voluit q̄ oīo
ne iuremus cōmonuit.

Cōsequēter queri

tur cū nō differāt lex ⁊ euangeliū sicut
cōtria nec sicut dispata oīno ō modis
differētie. Notādū igit̄ ꝙ s̄m aplm̄
scōm sex cōsiderationes assignat̄ diffe
rentia legis moysi ⁊ legis euangelii.
Prima scōm considerationē virtutis.
Secūda s̄m cōsiderationem veritatis.
Tertia scōm ꝯsiderationē seueritatis.
Quarta scōm ꝯsiderationē bonitatis.
Quīta s̄m ꝯsiderationē remūeratiōis.
Sexta scōm considerationem lationis.

Scōm cōsiderationē ꝟtutis assignat̄
differentia s̄m forte ⁊ infirmū: q̄a lex ī
firma ē. euāgeliū ꝟo virtuosū ad Ro.
8°. ꝙ impossibile erat legi in quo infir
mabat̄ ꝑ carnē: deus filiū suū misit. de
euangelio ꝟo dicit̄ p̄ ad Ro. Euāgeliū
virtus dei est ī salutē aīaꝝ. Iuxta hāc
differētiā accipiūt̄ alie. Prima quia
ratione virtutis dicit̄ euāgeliū iustifi
cans. lex ꝟo ratione infirmitatis nō iu
stificans ad Ro. 3°. Ex opibus legis nō
iustificabitur oīs caro. Unde ad Ro.
8°. sup illud in quo lex infirmabatur ꝑ
carnē. dic̄ glo. Infirmabat̄ lex ꝑ carnē
id ē carnales obseruātias q̄ nō poterāt
iustificare. Secunda quia lex moysi
dicit̄ lex littere ⁊ hoc ꝓpter infirmita
tem qua demōstrat̄ peccatū: sed nō cō
fert adiuuātem spiritū vt dicit Aug⁹
Lex ꝟo euāgelii dicit̄ lex spiritus rōne
virtutis ꝙ prestat adiuuātē spiritum.
h̄ ē gratiā ad vitādū peccatū ⁊ ad fa
ciēdū bonū. vnde ad Ro. 7°. Seruiam⁹
in nouitate spirit⁹ ⁊ non in vetustate
littere. ⁊ in eodem 8°. Lex spiritus vite
id est lex fidei. dicit glo. in xp̄o ihesu li
berauit me. vbi dic̄ glo. Due leges bo
ne sūt. lex fidei que peccatū tollit. ⁊ lex
moysi que peccatū ostendit. Tertia
quia lex moysi ratione infirmitatis dr̄
lex oneris ⁊ difficultatis. vnde ī hui⁹
figurā dr̄ Exo. 17°. Manus moysi erant
graues. ⁊ Act. 15°. Hoc est bonus quod
neq̄ꝫ nos neq̄ꝫ patres nostri portare po
tuimus. Lex ꝟo euāgelii rōne virtutis
dicit̄ lex suauitatis ⁊ leuitatis. Math.
xi°. Iugum meū suaue est ⁊ bon⁹ meū
leue. Nota g̃ ꝙ ex infirmitate legis est
ꝙ per ipsam nō est iustificatio a culpa
ꝙ ꝑ ipsam nō prestat̄ adiuuās gratia
ꝙ per ipsam cuꝫ difficultate fit opatio
bona. Ecōtrario ex virtute euangelii ē
iustificatio a culpa ⁊ prestat̄ adiuuans
gratia: ⁊ cum facilitate ⁊ suauitate fit
opatio bona: ⁊ hec est sūma predictoꝝ.

Itē scōm cōsiderationem veritatis
differt lex ⁊ euāgeliū: q̄a in lege est ve
ritas velata. in euāgelio ꝟo veritas re
uelata. 2ª. Cor. 3°. velamē in lectiōe moy
si manet nō reuelatū quod in xp̄o eua
cuatur. Et subdit̄. nos aūt reuelata fa
cie gloriā dei speculātes in eādē imagi
nē trāsformamur. Itē s̄m eādē consi
derationē in lege fuit veritas vt vm
bra. in euangelio ꝟo ut imago Heb. x°.
Umbrā habēs lex futuroꝝ nō ipsam
imaginē. Itē s̄m eandē consideratio
nem ī lege erat veritas ꝓmissionis. in
euāgelio ꝟo veritas exhibitionis. Uñ
beat⁹ Greg⁹ sup Eze. p̄. Rota ī rota: q̄a
qđ p̄dicat lex ꝙ ꝓphe ānūciant hoc ex
hibet euāgeliū ⁊ .1ª. Ioh. lex ꝑ moysen
data ē gratia ⁊ veritas ꝑ ihm̄ xp̄m fa
cta est. Et Aug⁹ ī q̄onib⁹ noui ⁊ vetis
testamēti ante ꝓmissio erat. s. in lege.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

postea ꝙ fit gratia in euāgelio. Nota ꝙ lex dicit esse velata quo ad malos. dicitur habere vmbrā: quo ad bonos ipfectos. dicit etiā habere veritatē i pmissione nō in exhibitione quo ad iustos pfectos. Itē scōm cōsiderationē seueritatis dicit lex ⁊ euāgeliū differre: qa illa dr lex ire. istō ꝙ lex misericordie ad Ro. 4°. Lex iram operatur. glo. ut reos faceret temporali pena. Exo. 21°. Oculuz pro oculo cē. ⁊ ista ira operatur. ⁊ Luc. x°. Samaritanus infudit vinuz ⁊ oleum. vinū austeritatez legis. oleū misericordiam ⁊ leuitatē euāgelii: ⁊ iuxta hanc differentiā dicit lex moysi lex timoris Euangeliū ꝙ lex amoris. vñ Aug⁹ cōi adamātiū. Breuissima differētia legis ⁊ euangelii: timor ⁊ amor. ⁊ Heb. 12°. Non accessistis ad tractabilē ignem ⁊ turbinē ⁊ tube sonuz. Loqr de latione legis: pro quo moyses dicit. exterrit⁹ sū ⁊ tremebundus: sed accessistis ad syō montē ⁊ testamēti noui mediatorē.

Itē iuxta eandē cōsiderationē lex moysi dicit lex seruitutis. lex ꝙ euangelii lex libertatis ad Ro. 8°. Nō accepistis iterū spiritū seruitutis in timore: sed spiritū adoptiōis filiorū. ⁊ Jac. p̄. Qui pspexerit in lege perfecte libertatis cē. Nota ergo ꝙ lex moysi est lex ire i comminatione seu i penaz determinatiōe lex timoris i affectiōe. lex seruitutis in executione. Itē ꝑ⁹ cōsiderationē bonitatis differūt lex ⁊ euangeliū: qa lex moysi est lex ipfectionis boni. lex vero euāgelii est lex pfectiōis. Heb. 7°. Nihil ad pfectū adduxit lex. ⁊ Math. 5°. Nō veni soluē legē s adiplē. glo. iplet xp̄s legē dū pmissis ad inchoationem vite agēde. supaddit plura ad pfectōez moraliū pceptoz. ⁊ ꝑ⁹ hāc cōsiderationez dicit lex phibē manū tm̄. euāgeliū ꝙ volūtatē seu aīaz. vnde i ps. Lex dñi i maculata cōuertens aīas. glo. nō ꝙ ait aīas. i. volūtates. nō solūmō manus ut vetus lex que manū maxīe non aīaz cohibebat. hac etiā rōne dicit lex moysi lex factorum. euāgeliū ꝙ lex fidei. Ro 3°. Exclusa est gl'iatio tua p quā legem factorū nō. sed p legē fidei. glo. lex cohibet manū non aīaz. Itē ꝑ⁹ hāc considerationē dicit lex littera occidēs. lex euangelii spūs vinificās. 2°. Cor. 3°. Littera occidit. spūs aūt vinificat. ⁊ Au⁹li° de spū ⁊ lr̄a. que occidit certe est decalogus. in illis duab⁹ tabulis script⁹: qa lex subītrauit vt abūdaret delictū. ad Ro. 5°. Itē ꝑ⁹ eandē cōsiderationez dicit lex cōtinere p̄cepta non bona Eze. 20. Dedi eis p̄cepta nō bona. Euāgeliū ꝙ cōtinet p̄cepta bona: qa sic dic Isidor⁹ in li° differentiaz. Precepta legis non bona sūt euāgelio cōparata: qa i eis quedā inutilia ifirmitatibus sensib⁹ agenda pmissa sūt. ut libellus repudii ⁊ cupiditas israhelitaz spoliis egyptiorum socianda pmittit. Nōn ō igit ꝙ p tria oñdit maxīe ipfectio legis. p ex hoc ꝙ nō phibebat mali cām. s. volūtatē. 2° ex hoc qō pbebat mali occasiōez scōm ꝙ dicit lr̄a occidens. 3° ppter maloz quorundā pmissionē que tria potissime monstrant impfectionem. contraria ꝙ euāgelii pfectionē. Item scōm cōsiderationē remuneratiōis differūt lex ⁊ euāgeliū. Quia in lege ē pmissio tēporaliū. In euāgelio ꝙ pmissio eternorū. Unā Heb. 7°. Meliorīs testamenti sponsor fact⁹ ē xp̄s. glo. meli⁹ ē nouū testamētū q̄z vet⁹: qa meliora bona pmittit. i. eterna. vetus ꝙ tpalia. ⁊ Isidor⁹ in li° drīarū. in veteri lege chanaā regnū ⁊ pmissiōes tpaliū rerū: continēt Ysa. p̄. Si audieritis me bona terre comedetis. in euāgelio ꝙ vita eterna ⁊ regnū celoz pmittit Mat. 3°. ⁊. 4°. Pēnitētiā agite appropinq̄bit. n. regnū celoz ⁊ Mat. 5°. Beati paupes spū qm̄ ipsorū ē regnū celoz. Itē ꝑ⁹ cōsiderationē lationis differūt lex ⁊ euāgeliū: qa euangeliū ē lex vtis. lex moysi lex pticularis Lex enī moysi semini habrae data ē ꝑ⁹ qō dr ad Gal. 3°. Habrae dicte sūt promissiōes ⁊ semī ei⁹. ⁊ Deut°. 4°. Que ē alia gens sic īclyta vt habeat cerimonias iuxta iudicia ⁊ vniuersam legem Euāgeliū ꝙ datū est oī generi hoīz. Unā Mat. vlt°. Predicate euāgeliū oī creatē. ⁊ Math. vl. Ite ⁊ gētes oēs docete. bi ḡ sp̄m̄oi drīaz legis ⁊ euāgelii

His igitur taliter positis omissis his que ī superioribꝫ inquisita sunt: ingrēda sunt q̄nq̄. Primū é de dīa legis ⁊ euangelii quantū ad ꝟtutē. 2ᵐ é de dīa assignata quātū ad ꝟitatem. 3ᵐ é de dīa quātū ad seueritatē. 4ᵐ est de dīa quārum ad bonitatem. 5ᵐ de dīa quārū ad remunerationē.

Circa primum patet ex precedētibꝫ. Querēda sunt tria. Primo de dīa quātū ad iustificationē. 2ᵐ de dīa quantū ad grē largitionē. 3ᵐ de dīa q̄tuꝫ ad onus seu difficultatē. De p̄mo ⁊ tertio require supra.

De secundo uero quer̄itur vtrū ex v̄rtute legis daret grā. Ad qđ sic. Hugo de sancto vic. Tria gña sacramētorum inuenimus fuisse scripta ſb lege. Quedā ſpāliꝫ ad remediū. Quedā ꝯo ad obsequiū. Quedā ad cultū diuinū. Prima ptinēt ad peccatorū remissionē. 2ᵃ ad exercendā deuotionē. 3ᵃ ad colendā pietatē. Prima institute fuerunt q̄si ad necessitatē vt in eis homo sanctificaret: qualis fuit circūcisio ⁊ hostie p peccato ⁊ p delicto: ⁊ cetera q̄dam que ſpāliꝫ ad emūdationē ⁊ remissionē instituta fuerūt. 2ᵃ aūt q̄si ad exercitationē fuerūt ꝓposita: vt in eis deuotio fidelium exerceret ⁊ meritū augēt: q̄les fuerunt hostie pacificorum que offerebāt a fidelibꝫ ad reconciliādā sibi grām dīnā. 3ᵃ institute fuerūt quasi ad ꝓparationē quandam. vt quasi instrumenta quedam essent ad cetera sacramenta tractanda ⁊ sanctificanda: quale fuit tabernaculū ⁊ atriū ⁊ omnia vtēsibilia que ptinebāt in eis. Ex his ḡ manifeste vī dicit Hugo legalia sacramēta esse ad sanctificationē quātū ad aliquā partē. Sz omnis sanctificatio ē p grām. ḡ habuit ꝟtutē in sacrīs offerendi adiuuantē grām. Itē idē Hugo. Si qs sacra ꝓpria effectū sanctificatiōis hūisse negauerit: nō mihi recte sentire videt. ḡ fm Hugo, sacramēta lia legū habebāt virtutem sanctificatiōis, q̄ ⁊ gratie. Item ad Ro. 7. Lex qdem sancta ⁊ mandatū sanctū iustū ⁊ bonū: ⁊ log̈ de lege Moysi. Lex ḡ ē sancta. i. sane docēs: sicut dicit Piero. in glo. Et mandatū. i. quod p eam p̄cipit ē sanctū in se ⁊ iustū. i. iustificans peccatorē: ⁊ bonū. i. vtile ad vitam. Si ergo mandatum legis ē iustum, i. iustificans peccatorem: ⁊ bonum. i. vtile ad vitā. Sz iustificatio peccatoris fuit acquisitio vite nō pōt esse sine grā. ḡ ex lege est ꝟtus ad grām. Nō igit differt lex ⁊ euangeliū p hoc q̄ in lege sit solū noticia: ⁊ ī euangelio adiuuans grā. Conf. Ad Gal. 2. Non ab initio grām dei. Si enī p legē iusticia. ḡ xp̄us gratis mortuus est. Ibi dic glo. Aug. Non ab initio grām. i. nō recipio legē: qđ esset abicere grāz ḡ ex sacramētis legalibꝫ nō dabat gratia.

Itē ad gal. 3. Quis tribuit vobis spūm ⁊ operat virtutes in vobis ex opibꝫ legis: an ex auditu fidei. ac si dicēt sic dicit glo. ex opibꝫ legis ñ habuistis spūm hoc ē grām. p nos enī potestis videre q̄ ego q̄ habui opa legis: non tñ p ea ſ per fidē accepi potestatē tandi spūs ministerio: non auctoritate. Itē ad hebr. 9. Iuxta legē munera ⁊ hostie offerūt: que non possunt iuxta ꝺscīaz seruiētē deo pfectū facē Glo. Munera ⁊ hostie nō p̄nt seruiētē deo p fectū facē. i. plene mundū facē. ⁊ ſ iuxt ꝺscīaz .i. in ꝺscīa intus: ⁊ si ad visum hominū extra Ex quo patet q̄ non est ꝟum qđ dic Hugo. s. q̄ hostia p peccato erat ad sanctificationē sine emūdationē a peccato. Itē ad hebr. 9. Sā guis bircoꝝ ⁊ tauroꝝ inquinatos sanctificat ad emundationē carnis. Ibi dic glo. Ad emūdationē non aīe ſ carnis. Itē ad idem est qđ dr ad hebr. 10. Impossibile ē sanguinem bircoꝝ auferre peccata. Relinquit igit q̄ ex sacramētis legis nō dabat grā. Rx legalia sacramēta dicūt duobꝫ modis. vel que erant in lege obseruata: vel que erant in lege instituta. In lege obseruata erāt sacra vt circūcisio ⁊ mrimoniū ⁊ etiā pnīa. ſ non fuerūt in lege instituta. De istis ad pns qđ nō ē. ſ de sacramentis in lege ītitutis. vt erant hostie pro peccato ⁊ ritꝰ pbase ⁊ vitule rufe ⁊ filia Iudistincte aūt de bis est dō. q̄ ex illis non dabat grā seu imꝑmebat dispositio ad grāz sicut ex sacramētis noue legis. tñ illis ꝺtīgebat dari grām: nō tñ ꝟture illoꝝ: ſ occasione illoꝝ ex hoc: uel qa erāt materia exercēde deotiōis. Deuotio aūt ad deū ordinat ad grāz vel qa habebāt annexā intercessionē ꝺnīs. vñ in leuit. i. z. ⁊ infra. Offeret tale qđ ⁊ ora bit ꝓ eo sacerdos. Drō ꝯo frequēter īpetrat grām alteri vel qa erāt instituta ad coīonē ⁊ vnionē ꝓxīi fidelis: quā quidē unionē spūaliter facit fides ⁊ caritas. merito aūt coīonis fideliū frequēter impetrat grā desiderātibꝫ participationē biꝰ coīonis. Absolute igit

dō q ex vi sacramēt̄oꝝ legis nō dabat grā: quāuis in illis ꝺtingeret aliquādo dari grāz.

Ad illud ḡ quod primo dicit Hugo q in sacrāmtis legis erat sanctificatio ⁊ remediū dō. q refert dicē in illis esse sanctificationē: ⁊ ex illis esse sanctificationē. Ex illis enim dic cām. in illis dic ꝺcomitātiā. Quia ḡ ī sacramentis legalib⁹ nō erat causa sanctificatiōis vt manifeste ꝓbat apostol⁹: quāuis ꝺtingēt illa via: qua dictū ē ꝺcomitari gratie scīficationē. ideo ex illis nō est sanctificatio: quāuis in illis aliqñ esset sanctificatio. Ad z⁹ ꝺo quod dic Hugo q in ipsis erat vtus sanctificatōis dō. q duplex dr̄ sanctificatio. Est enī sanctificatio carnalis: ⁊ sanctificatio spūalis Sanctificatio carnal intellr̄ liberatio a pena pctī: quā incurrēt qs si qd̄ pceptū ē ꝺtēneret seu nō facēt. Sanctificatio ꝺo spūalis est ipsa emūdatio: que ī anima ē ⁊ a macula peccati. Loquēdo ḡ de sanctificatōe carnis put dictū ē: erat ī sacramēt̄ legalib⁹ vtus sanctificatōis vñ hebr̄. 9. Sanguis vitule aspsus ingnatos sanctificat ad emūdationē carnis. Glo. Ingnatos cōtactu mortuoꝝ sanctificat. i. a pctō mundat. i. a pena valēs ad emūdationē non anime ſ carnis: qa a pena legis liberabat. Loquēdo ꝺo de sanctificatōe spūali nō erat ī sacramētis legalib⁹ vtus sanctificatōis: nisi per occasionē seu p accidēs. Ad z⁹ qd̄ dr̄ q mādatū legis erat iustificās pctō. dō. q iustificatio vt sūp dictū ē intellr̄ vuplr̄. vl iusticie infusio. vl iustie exercitatio. Si dicat iusticie infusio ex mādato legis ñ est iustificatio nec morali nec cerimoniali nec sacramētali: sicut a causa efficiēte: lz sicut a cā dispōnēte. Si ꝺo dicat iusticie exercitatio: ſ⁹ hoc pceptū morale legis iustificat. sic dic glo. ro. z. sup illud Ex opib⁹ legis ñ iustificabit oīs caro. Dc lege logmur ſ⁹ cerimonialia: non ſm moralia. que utiq; iustificāt. ⁊ ꝺ intellr̄ p se ⁊ eētialr̄. In figuralib⁹ legis ñ erat exercitiū iusticie: nisi ex circūstātia solū que erat vel auctoritas ꝺuine institutōis vel caritas seu obediētia de vtre implet̄ōis eo mō quo dictum ē.

Postea queritur de

dr̄ia legis ⁊ euāgelii quātū ad vitatē. ⁊ ꝓmo de ꝺ qd̄ dictū ē q ī euāgelio ē vitas reuelata in lege vo velata. Ad qd̄ Isidor⁹ in li. dr̄iaꝝ. In lege fuit vmbra ⁊ obscuritas scripturaꝝ. In euāgelio clara distinctio vitatis.. Conr̄ In euāgelio est vitas sb parabolis occultata Mat. 13. Sz vbi ē parabola ibi est figurata locutio: que vnū dicē videt ⁊ aliud intellr̄: vt dic Junili⁹ ad ꝓmasiū: ⁊ etiā vt dr̄. 13. Mat. ḡ ī euāgelio ē vitas velata. Non ḡ differunt lex ⁊ euāgeliū p velatū ⁊ reuelatū. Itē sic dr̄ ī veteri testō Daniel. 12. Claude sermones signa libꝝ vsq; ad temp⁹ statutū. ita ī euangelio dic salnator. 13. Mat. Ideo in parabolis loquor eis: vt impleat ī eis ꝓphia Isaie. Auditu audiet ⁊ ñ itelliget. ḡ ī lectōe euāgelii est vitas velata malis seu ꝺdignis: sic ⁊ ī locutōe legis seu testī veteris. Item si statut euangelii ꝺuenit ueritas reuelata ſ⁹ q dr̄. 2. Cor. 3. Nos aūt reuelata facie gliam dei speculamur. ḡ maximū ꝺcōueniēs est vt ī euangelio veritas velet parabol. ⁊ tñ ibi vitas signata ē. vñ. i. apoc. sup illō. Signauit mittēs p angelū ꝛc. dicit glo. Hoc ē sb signo vel signaculo clausit. Itē queritꝝ ꝺ alia dr̄ia: de qua dic Isidor⁹ in li. dr̄iaꝝ iuxt apostolū ad hebr. 10. Ht lex hūit umbrā. euāgeliū ꝺo imaginem

Conr̄. Jn euāgelio hēm⁹ signa futuroꝝ vt Mat. 24. Dic nobis qñ hec erūt: ⁊ qd̄ signū adnēt⁹ tui ⁊ ꝺsumatōis seculi. Et postea dat salnator signa aduent⁹ sui ⁊ ꝺsumatōis mūdi. ḡ euangeliū hz umbrā futuroꝝ: quēadmodū ⁊ lex. ḡ ñ differūt sic umbra ⁊ imago.

Itē queritꝝ de alia que est. s. q in lege ē ueritas ī pmissione. in euangelio ꝺo vitas ī exhibitōe ⁊ impletōe. Unde Isidor⁹ ī li. dr̄iaꝝ. In lege pmissa ꝺtinēt. pmissa ꝺo ī euāgelii plenitudine ꝺsumāt. Conr̄. Jn euāgelio pmittit refrectio futura ⁊ regnū celoꝝ: qd̄ non est exhibitū. ḡ ñ differūt lex ⁊ euāgeliū ſm pmissionē ⁊ exhibitione. Rn ꝺo q vitas tam in euāgelio q̄ ī lege respicit tria. noticiā credēdorū. grām meritoꝝ. gliam premioꝝ. Respectu noticie credēdoꝝ differt euāgeliū ⁊ lex ſ⁹ velatū ⁊ reuelatū. respectu grē faciēdoꝝ sic pmissio ⁊ exhibitio. respectu glie pmioꝝ differūt sic umbra ⁊ imago. ita q ī lege ē uelamē noticie. pmissio grē. umbra glorie. Jn euāgelio ꝺo ē reuelatio noticie fidei. exhibitio grē dei. imago pmii. Ad illō ḡ qd̄ primo obr̄ q ī euāgelio ē vitas parabol occultata. rñdeo. dico q ibi est occultata ⁊ reuelata. occultata turbis ⁊ indignis. reuelata discipulis ⁊ dignis. Unde Mat. 13. parabolice logt̄ turbis ⁊ parabolā exponit discipulis. Preterea ibi est parabola sb integumēto opum. hic ꝺo parabola sb integumēto sermonū. Ad z⁹ ꝺ. q signatio seu clausio vitat̄ ī lege est simplr̄. Jn

euāgelio quo ad aliquid. Jn lege enim ē clausio fidei redemptiōis. in euāgelio ꝟo ꝑ fides redemptionis. ꝙ clausio ē respectu rōnum seu ministeriorū redēptōis: vt ipsa vitas rōnum ñ clarescat indignis. vñ. 2. Cor. 4. dic aplus. Jn manifestatione vitat ꝯmēdantes nosmet ipsos. Ez si etiā optū est euāgeliū in his q pereūt est optū: in qb⁹ de⁹ hui⁹ seculi excecauit mentes infidelium vt ñ fulgeat illuminatio euāgelii glorie xpi. Jn lege aūt misteriū redemptōis latet: ⁊ quia est et ꝓpter quid est. Jn euāgelio ꝟo ꝑ qa ē: ꝙ latet quo ad impfectionē ꝓpter qd ē. Ad tertiū dō q quo ad pñtē statū in quo ñ pōt videri vitas sicut est veritas illa que est lux increata expedit ⁊ cōuenit vt similitudinib⁹ ꝓporcionalib⁹ nostro intellectui cognoscēda ministret: sic dic beatus dio⁹. in ierarchia angelica. Preterea sic dicit gl. sup illō Mat. 7. Nolite dare sanctū canib⁹ Res abscondita auidi⁹ querit: celata venerabili⁹ ꝟspicit. diu quesita cari⁹ tenet. Jdeo vtile ē velatio vitat ꝙ parabolis intelligentie ⁊ memorie nostre. Ad aliud ꝟo qō ꝙrit̄ de alia dīa umbre ⁊ imaginis. dō. q ꝟm hāc hz figurā rei obscurā ⁊ indistictā. imago ꝟo expressam ⁊ distinctā: ga sicut dicit aug⁹. imago est expssa similitudo. Sz hec dīa legis ⁊ euangelii assignat respectu future glorie: cū glorie lex habuit figurā obscurā ⁊ indistictā ⁊ remotissimo vestigio. Euangeliū ꝟo habet imaginē hoc ē similitudinē expressam ⁊ distinctā in exēplo. vñ aug. ꝟtra Faustū. Quid nobis ꝑmittit nisi vita eterna ex resurrectione a mortuis. hoc aūt ē iam ꝯpletū ē ī illa carne: q uerbū factū est: ⁊ qō fidelib⁹ ꝑmittit in iudicio iam ꝯpletū ē ī exēplo. Ad ultimū qō querit de illa dīa ꝑmissiōis ⁊ exhibitōis iā ꝑ rñsio. Nā hec dīa attēdit respectu gratie que in lege ꝑmittit: ⁊ ī euāgelio exhibet: tñ ī euangelio nihilomin⁹ ē ꝑmissio glorie: que ⁊ si nō sit exhibita vel ꝯpleta in mistico Xpi corpore. est tñ iam ꝯpleta ⁊ exhibita ī capite. vñ ⁊ securi⁹ expectam⁹ saluatorē nostrū Jhz q formabit corpus humilitat nostre ꝯfigurātū corpori claritatis sue. phil. 3°.

Consequenter queri

tur de dīa legis ⁊ euāgelii quātū ad seueritatē ꝙ⁹ qnā assignāt dīe ire ⁊ mīe. timoris ⁊ amoris. seruitut ⁊ libertat. Jra. timor. seruit⁹ ad legē. Dīa. amor. ⁊ libertas ad euāgeliū: sicut supra declaratū ē. Conī. Seuerior est ꝯminatio ⁊ inflictio pene eterne q̄ temporal Sz ī euangelio ē ꝯminatio pene eterne. Mat. 3. Paleas ꝟburet igni inextīguibili. ⁊ 25. Jte in ignē eternū. Jn lege ꝟo est ꝯminatio pene temporalis vt damnificatōis rei⁹ vel flagellatōis vel afflictiōis corpor⁹. q̄ seueri⁹ ē euangeliū q̄ lex. q̄ euāgelium magis dz dici lex ire q̄ lex Moysi. Jtē incomparabilr timor dei excedit timorē hoīs. Sz ī euāgelio suadet timor pene iferēde a deo. vñ ipsuz timete q potest corpus ⁊ aīam pdē ī gehēnaz. Mat. 10. ⁊ Luce. xi. Jn lege timor pene que vt frequēter infert ab hoīe. s. iudice. Exo. 21. Maleficos ñ patieris viuere. ⁊ hi⁹. q̄ euāgeliū poti⁹ debz dici lex timoris q̄ lex Moysi. Jtē ī euangelio ē pena spūalis sepatiōis a ꝯmunione fideliū ī interitū carnis. 1. cor. 5. in iudicio apli de fornicatore. in lege ꝟo pena corporalis. Et acerbior q̄ ibi determinet ē sepatio a coīone viuētiū p mortē dz. Si q̄ bonū aīe ⁊ spūale ē incomparabilr meli⁹ corporali: ademptio spūalis boni ē incomparabilr mai⁹ bonū adēptione corporalis boni. Seuerior igit ē iusticia euāgelii q̄ legis. Jtez si dicat ꝙ duplex sit stat⁹ hoīum carnaliū ⁊ spūaliū. carnalib⁹ apparet seuerior pena tpalis q̄ eterna: ⁊ timor human⁹ q̄ dīn⁹. ⁊ corporalis pena plusq̄ spūalis. Spūali ꝟo econtrario. simplr aūt qō in sensu cadit hoīum carnaliū: vniuersali⁹ seu gñali⁹ timet. Conī. Seuerior simplr ē pena eterna tpali: ⁊ spūalis corporali. Preterea seuerior est pena eterna ⁊ spūal hoī spūali q̄ pena corporal: ⁊ tpal hoī carnali. Simplr igit ē seuerior pena euangelii: q̄ legis. Jtē amor carnalis facili⁹ ⁊ ferucntius allicit carnalē: q̄z amor spūalis hoīem spūalē. Jtē amor q generat ītuitu bñficior uniuersali⁹ ⁊ ꝑus attrahit q̄ amor aggñat⁹ ex ītuitu boni ga bonum. Cū q̄ lex ex ꝑmissione tpalium ⁊ exhibitōe bñficior genet ī affectu carnali amorē carnalē: et ī affectu hoīs boni amorē debitu: lex Moysi erit ampli⁹ dicēda lex amoris q̄ lex euangelii. Jtē dīa ista legis et euangelii aut accipit simplr: aut quo ad aliquos. Si simplr lex euangelii magis erit lex timoris: cum illud quod ipsa ꝯminat sit magis timēdum Si quo ad aliquos et plures lex Moysi magis erit amoris: cū illud quod ipsa ꝑmittit: vel illud quo allicit ad affectū pluriū moueat ad amorē. Jtē si dicat ꝙ euāgeliū dr lex amoris ga ꝙ⁹ rectam rōnē ampli⁹ debz allicē ad amorē. eo ꝙ precipit perfectam caritatem.

Contr. Perfecta caritas qua nulla pfectior: ē in diligēdo deū ex toto corde ⁊ ex tota aīa ⁊ ex tota mente. Si g̃ talis caritas p̄cipiat in lege. Deut. 6. Diliges dñm deū tuū ex. to. c. t. ⁊ ex tota mente ꝛc. lex Moysi erit lex perfecte caritati. Nō est g̃ ōria legis ⁊ euangelii: vt in euangelio sit amor ⁊ in lege timor. Ad 2° dō q̄ lex Moysi recte dr̄ lex timoris. ire. ⁊ fuit tm̄ Lex ire dr̄ ga in penis hūit districtionē: rarā ꝺo miserationē. vñ ad ro. 4. Lex iram opat. i. penā. Ad hoc enim data est vt reos facēt temporali pena. s. dentē pro dēte ꝛc. Exo. 21°. Lex ꝺo timoris dr̄: ga plurimas hēt ꝺminationes: paucas pmissiones: sicut patet ex serie legis. Lex ꝺo seruitutis dr̄ ga ī ꝺmonitōib⁹ p̄ceptor̄ semp p rōne supponit dñium diuine maiestatis. vñ ad p̄cepta suppōit hoc facite ⁊ hoc ego sum do⁹. vt exo. 20. q̄si dicat. Ego dñator ⁊ vos serui: ⁊ ideo estis obnoxii meis obedire mandatis. Euangeliū ꝺo recte dr̄ lex amoris. lex mīe. lex libertatis. Lex mīe seu clemētie dr̄ ga ī penis legis habet mīam ⁊ relaxationē. vñ ⁊ mulieri deprehēse ī adulterio dr̄. vade ⁊ ampli⁹ noli peccare. Jo. 8. Lex ꝺo amoris dr̄ ga plurimas habet pmissiones raras ꝺminationes: sic̄ p3 ex serie euangelii. Promissionib⁹ aūt gñat amor. Lex ꝺo libertatis dr̄ ga ī monitionib⁹ p̄ceptor̄ p rōne supponit grām dīne pr̄nitat. vñ. 6. Luce. postq̄ dixit estote mificordes ⁊ bñfacite ⁊ diligite inimicos vr̄os: sbiunxit. vt sitis filii pr̄is vr̄i q̄ in celis est. q̄si d. hoc facite ī libertate filiali ñ ī obnoxietate fuit. intuitu paternitatis: ñ intuitu dñatōis. Propterea dr̄ ad ro. 8. Non accepistis spūm seruitutis in timore: ⁊ accepistis spūm adoptionis filior̄: in quo clamamus abba pater. Preterea appropando spāliter lex in p̄ceptis iudicialib⁹ p3 iram per districtionē punitiōis. in p̄ceptis moralib⁹ timorem p multitudinē ꝺminationis. In p̄ceptis ꝺo cerimonialibus seruitutē: ga data sunt in onus supbor̄: sic̄ dic̄ aug⁹. et etiā p intuitū ⁊ panor̄ ꝺinine dñationis. et de onere cerimonialiū dicit beat⁹ Petr⁹ act. 15. Hoc est on⁹ qō nec̄ nos nec̄ patres nostri portare potuim⁹. Et ad gal. 5. Nolite iter̄ iugo seruitutis ꝺtineri. Ad primū g̃ qō obr̄ dō. q̄ quāuis districtior sit ꝺminatio pene eterne q̄ tēporalis Nō tm̄ seueri⁹ est euangeliū: qō ꝺminat penā eternā: lege que ꝺminat penā tpalē: hoc ē ga lex sic ꝺminat penā vt de pñti inferēdam ⁊ penitēti nō remittēdā. Euāgeliū ꝺo sic ꝺminat penā eternā vt in futuro inferēdā ⁊ penitēti aīe remittēdā. iō ī lege ē ꝺminatio sine mīsatōe: ⁊ iō ꝺminatio terroris. In euāgelio ꝺo ꝺminatio cū mīsatione: ⁊ iō ꝺminatio tal ē amoris. Ad 2um dō q̄ intētio legis non ē ex penis inducere timorē humanum: imo timorē dīnū: ꝺ p tpalez suppliciū. vñ. 6. Deut. Dñm deū tuū timebis. ⁊ ultimo ecclīastes. finem loquēdi omnes pariter audiatis. supple ī lege. deū time. vñ rñdet ad illud qō. apponit p interemptionē. Ad tertiū dō. q̄ quāuis ī euangelio inferat pena spūalis: no tm̄ iferr velinquēti si a malicia resipiscat: ⁊ constet q̄ peniteat. In lege pena velinquēti inferr nec p pnīam relaxat. ⁊ iō lex severa ē ī puniēdo q̄ penitēti nō parcit. Euangeliū ꝺo lex pietat⁹ ē seu mīe: q̄ omni penitēti parcit. nec ē ꝺr̄ h oppositio de pena q̄ inferr a seclari potestate: sicut sup̄ declaratū ē tractatu de penis iudicialiū p̄ceptor̄. Ad 4um ꝺo p3 rñsio ex iam dictis. Nam nō solū p ꝺparatōem pene ad penam. aut p ꝺparationē ꝺ̄is carnalis ⁊ spūal assignant p̄dicte dr̄ie. Sz p ꝺparationē legis ad legem quo ad punitionē. quo ad ꝺminationē. quo ad monitōez. ⁊ p̄tēa p ꝺparationē q̄ ē ad rōnes iudicialiū. moraliū. cerimonialiū p̄ceptor̄. Ad qntum qō q̄rit de amore dō q̄ ꝓprie pmissio legis nō gñat amorē carnalē ꝺ amorē inicialē: q quidē respectu dei ꝺcipit ex tpalib⁹ bñficiis. Carnal. n. amor ñ pōt dici ꝓprie r̄spectu dei nisi extēso noīe. tal. n. amor ē ex vitio diligēt⁹: ñ ex intētione bñfaciēt⁹.

Preterea ꝺparatus amor carnalis amori caritatis cedit: ⁊ minor ē amore caritat⁹. sic dr̄ sup ps. Bonum mihi lex oris tui. s. m. au. ⁊ ar. vbi dicit glo. q̄ caritas plus diligit deū q̄ cupiditas aut vl argētū. Preterea amor ex bñficiis spūalib⁹ ⁊ eternis excedit incomparabilr̄ amorē introductū ex bñficiis corporalib⁹ ⁊ trāsitoris. ꝓptēa manifestū ē q̄ nō poterit dici lex moysi lex amoris: quēadmodū lex euāgelii: q̄ ītroduc̄ amorē caritat⁹ ⁊ amorē ꝺceptū ex bñficiis spūalib⁹ ⁊ eternis: seu ex intuitu ipsius summe bonitatis. Preterea cū lex Moysi pla contineat vñ gñetur tēror: q̄ vñ ꝺcipiat amor. ecōtrario ꝺo lex euangelii. manifestū ē q̄ lex Moysi lex timoris ē. Euāgelium ꝺo lex amoris. ⁊ p h patz rñsio ad 5um.

Ad vltimum quod q̄ritur ō pfco amor̄ qui p̄cipitur in lege solēt rñdē. q̄ hoc non ē nisi ī Deut. q̄ ē 2a lex. ⁊ figura euangelii. tm̄ ratio h⁹ quāuis ꝺclarata sit quodāmō in supiorib⁹

qõne utr̃ post latiõnẽ legis Moysi ferẽda eẽt lex euangelii:inferi⁹ magis patebit.

Queritur postea de

differẽtia legis ⁊ euangelii q̃tũ ad bonitatẽ ſ⁹ quã vñiam vr̃ lex Moysi impfecta ⁊ lex factor̃:⁊ lex occidẽs: ⁊ otinẽ p̃cepta nõ bona. Econtrario vo lex euãgelii vr̃ lex pfecta ⁊ p hibẽ animũ:ſeu lex fidei.lex ſps.⁊ lex otinẽs p̃cepta bona. Ad ꝓma vñiam vr̃ expreſſe ad hebr̃.7. Nihil ad pfectũ adduxit lex vt dicũ eſt. Conr̃.Aug.or̃ Fauſtũ. Epũs non venit legẽ ſoluẽ:ſ adimplẽ. Mat.5.nõ vt legi adde rẽt que deerãt: ſ vt fierẽt q̃ ſcripta erãt. Si g̃ euãgeliũ nõ addit aliquid quod deſint legi g̃ pfecta ẽ lex ſicut euangeliũ niſi ſolũ quo ad obſeruantiã. Defect⁹ aũt obſeruantie nõ ẽ im perfectio legis:ſ impfectio hominũ quib⁹ lex ẽ data. Itẽ Ezech.1.vr̃ rota in rota. Greg. Uet⁹ i nouo ⁊ nouum in veteri. Si g̃ nouũ eſt in veteri. g̃ pfectio euangelii eſt in lege. g̃ eque eſt pfecta lex ſicut euangeliũ.g̃ nõ differũt lex ⁊ euangeliũ p pfectum ⁊ impfectũ.

R⁹ dicẽdũ. q⁹ de pfectione ⁊ impfectione quo ad legẽ ⁊ euãgeliũ nos poſſumus loqui gñali ſermone ⁊ appropato. Gñali ſermone nõ diſtinguẽdo in lege inter p̃cepta ſacramẽ talia ⁊ cerimonialia ⁊ iudicialia ⁊ moralia Appropato vo ſermone diſtinguendo iſta in lege ⁊ ſ⁹ bocnõ incõueniẽter oparãdo euã geliũ ad legis ſacramentalia appropabit̃ p⁹ vñia legis ⁊ euangelii que attẽdit̃ quãtũ ad virtutẽ:qa ſacr̃m legis infirmũ ẽ ad iuſtifica tionẽ.ſacramentũ vero euangelii virtuoſuz. oparando ad cerimonialia appropabitur z⁹ vñia que eſt quantũ ad vitatẽ: qa i cerimoni alib⁹ ẽ vitas velata ⁊ obumbrata:q̃ i exhibiti one grẽ euangelii eſt reuelata. Itẽ opãdo ad p̃cepta iudicialia appropabit̃ tertia vñia que attẽdit̃ quãtũ ad ſeueritatẽ: qa in iudi cialib⁹ diſtrictio eſt ſeueritatis. In euãgelio eſt mitigatio ſeueritat. Comparãdo vo ad moralia appropat̃ quarta vñia que attendit̃ quantũ ad bonitatẽ: qa in moralib⁹ legis eſt impfectio bonitatis. In moralib⁹ vo euãgelii pfectio bonitatis.vñ Mat.5. ſuper illud. niſi abundauerit iuſticia veſtra ꝛc. glo. Plenius aguñ que ꝓmiſſa ſunt ad inchoationẽ cum fuerĩt addita ad pfectionẽ moraliũ p̃ceptor̃ Sermone vo gñali p̃dicte vñie gñaliꝝ attẽdũt quo ad legẽ non diſtinguendo inter p̃cepta vt dictũ ẽ. Secũdũ ꝟ g̃ rñdeñ diſtinguẽ do q⁹ lex põt ꝺſiderari duplr̃. ſ⁹ formã editi onis:⁊ ſ⁹ poteſtatẽ rõnis. Sc̃om formã edi tionis lex vl̃r impfecta eſt reſpectu euangelii ſicut ſupra in parte declaratũ eſt qõne vtruz preter legem Moyſi lex euangelii requiratur ⁊ infra amplius oſtendet̃ qõnibus ve additi onib⁹ legis ad euangeliũ:⁊ in cõpletione le gis p xpũm. Ad illud g̃ qõ dic̃ aug⁹.q⁹ euã gelium non addit legi quod ei deeſt dicẽdũ. q⁹ loquit̃ de lege quantũ ad poteſtatẽ rõnis ſ⁹ quam pfectio euangelii includitur in lege non quãtũ ad formã editionis. ⁊ exemplũ eſt in figura inciſionis. Cum enim lignũ incidit̃ ⁊ in ipſo imago figurat̃ educit̃ figura i actu alitatẽ ⁊ apparet actu que ꝓus erat ſm poſſi bilitatẽ ⁊ latebat vtute. Sic̃ g̃ nõ vr̃ facta ad ditio ligno ex figuratione imaginis: quãtuz ad poteſtatẽ: ſ ſolũ quãtũ ad actualitatẽ: ſic intedit dicere aug⁹.q⁹ ñ eſt additio euãgelii ad legẽ quãtũ ad poteſtatẽ:ſ quãtũ ad actu alitatẽ.vñ in lege ẽ quaſi imago boni coopta ꝓpoſita aĩe iuxta illud ad hebr̃.10. Umbrã habẽs lex ñ ipſam imaginẽ. Euãgeliũ vo hẽt imaginẽ boni ex ꝓſſam ⁊ apertã: qõ fit p ſb tractionẽ ſupfluitatis cerimonialiũ ⁊ figura liũ p̃ceptor̃:⁊ diſtinctionẽ moralium. Ad z⁹ ſimilr̃ intelligendũ q⁹ pfectio euãgelii ẽ i lege reſpiciẽdo ad poteſtatẽ rationis legis:nõ ad formam editionis.⁊ exemplũ huius eſt quia ſicut differẽtia eſt i gñe poteſtate:nõ actu:ſic̃ dicit ꝓbs:ſic pfectio euãgelii i lege. Sic̃ autez dr̃ia addita gñi trahit ipſum i actũ ſpẽi: ⁊ ẽ iſta additio quãtũ ad actualitatẽ:ñ quãtum ad poteſtatẽ.ſic pfectio bonitatis i lege eſt in rõne quadam gñali:⁊ i actũ ⁊ ſpẽm educit̃ p additionẽ euangelii.

Deinde queritur

otra poſitam differẽtiã. Ro.3. q⁹ lex Moyſi dicitur lex factor̃.euãgelũ lex fidei. Nam obicit Hilari⁹ ibidem in glo. Lex euãgelii ⁊ ſi ñ hẽat opera veter̃ ſacramẽtor̃ vt circũciſionis atq; ce terorum:habet tñ opera in ſacramẽtis ſuis huic tempori cõgruis:⁊ habet opera miſeri cordie in moralib⁹ preceptis. g̃ lex euangelii debet dici lex factor̃ ſicut lex Moyſi. Item ſi dicat̃ lex Moyſi factor̃: cadẽ rõne qua dr̃ ad Phil.3.ſuper illud. Juſticiam que ex fide eſt.glo. Juſticiam non veram que ex lege eſt que manus compmit:nec animũ. que timore ñ amore ſeruire facit. Sc̃oz ꝟ g̃ lex Moyſi dr̃ lex factor̃:que reſpicit opa. Lex vo euangelii

nō dr̄ lex factor:qa non respicit opera ꝑ vo lūtatē. Conr̄. Aug.in qōnib⁹ noui ⁊ vete. test.assumēs illud apli ad ro.3. Per legē non iustificabit omnis homo apud deū.dic̄ q; sic inquit solā legē non iustificare hoīes apud deū:sic nec sola fides exceptis bonis opib⁹ cō mendat apud deū. Sicut g̃ legi Moysi ad iu stificationē necessaria erat fides. vnde aug. ibidē dic̄ de patrib⁹ veteris testamēti q; ad diderūt tpali iusticie legis:que.s. ē i lege iu sticiā fidei.ita legi fidei ad iusticiā verā ne cessaria sunt opa bona. Jac.2. Fides sine ope rib⁹ mortua ē. Lex igit euāgelii lex factor⁹ di cenda ē sicut lex Moysi. Rx⁹ dō q; lex moy. dr̄ lex factor⁹ qa indicat libero arbitrio hoīs qd faciat: ꝑ ñ indicat cū homo impotens sit p libe⁹ arbitriū grām dei:p quam illud facē valeat. Lex aūt euāgelii p dictam fidei grāz Xpi indicat:per quam homo implere poterit qdqd de⁹ iubeat. Et hoc ē qō dic̄ aug.in li⁹. de spū ⁊ lr̄a. Per legē op⁹ dic̄ de⁹ hoī. Fac quod iubeo.p legē fidei dic̄ homo deo. da qō iubes.iō enī iubet lex vt moneat quid faciat fides vt cui iubet si non pōt sciat qd petat. vz grām. Et ꝓpter hoc ibidē dic̄ aug⁹. Q; lex mandatū bonū habet: littera demonstrante. non spū adiuuante.

Postea queritur de

